# Incipit Liber tercius de indumentis ſeu ornamẽtis eccleſie·ſacerdotum atqꝫ pontificum·⁊ aliorũ miniſtrorum· Rubrica·

In quotidiano vſu nõ eſt veſtibus ſacris vtendum·
Ad notandum· ꝙ ſicut mutationem habitus ſcd̃m
literam facimus·ita ⁊ ſcd̃m ſpiritum agamus· Nõ
ergo cum veſtibus cõmunis vite vſu pollutis in ſã
cta ſanctorum ingrediamur·ſed cum ↄſciencia mũ
da et veſtibus mundis ⁊ ſacris deo ſacramenta tra
ctemus·Vnde ſtephanus papa ſtatuit ſacris veſti=
bus nõ niſi in eccleſiaſticis ⁊ d̃o dignis officijs vti
Et Ezechielis·xlinj· Non ſanctificabant populũ in
veſtibꝰ ſuis· Habet ergo ſcd̃m Jheronimũ religio
diuina alterum habitum in eccleſiaſticis officijs·
alium in cõmuni vſu· vt cuncto populo xp̄iano ex=
emplũ p̄beat bone conuerſatõnis· quatenus loti pri
us ſordes noui xp̄o fiant homines· Exuit eñi tũc ſa
cerdos veterem hominem cum actibus ſuis ⁊ indu
it nouũ qui ſcd̃z deũ creatus eſt· Per veſtes quoqꝫ
quibus in ſacris vtimur tantum· non omnia ſacra=
menta fore populo reuelanda intelligimus·Et no=
ta·ꝙ tempore Ludouici imp̄atoris filij karoli mag=
ni ep̄i ⁊ clerici ſingula auro texta et exquiſitas ve
ſtes ⁊ alia ornamenta ſecularia depoſuerunt Sacre
autem veſtes a veteri lege videntur aſſumpte· p̄ce
pit eñi dominus moyſi vt faceret aaron ſacerdoti ⁊
filijs eius veſtes ſanctas in gloriam ⁊ decorẽ vt lo
ti ⁊ ſacris veſtibus induti fungerentur officiõ in ſa
cris·Exodi·xxvinj·xxxj·xxxv·et·xl·capitulis·Do=
cuit eñi dominus moyſen per quadraginta dies fa
cere pontificalia ⁊ ſacerdotalia veſtimenta ſacerdo
tibus ⁊ leuitis ſuis· ornamenta quoqꝫ ⁊ lintheami
na·ſed ⁊ maria tenuit ⁊ fecit illa in vſum miniſterij
tabernaculi federis·Quedaꝫ tamen ab apoſtolis ſu
muntur·ſed tam ille q̃m iſte virtutes deſignant vel
miniſterium incarnatõnis·Sane pontifex calebra=
turus exuit veſtes quotidianas· ⁊ induit mundas
et ſacras·Et primo ſãdalia calciat vt ſit memor do
minice incarnatõnis·Secundo ſibi imponit amictũ·
vt motus ⁊ cogitatus·fauces ⁊ linguam cohibeat
vt fiat cor mundum· ſpũm rectum percipiens in vi
ſceribus innouatum· Tercõ albam talarem vt ha
beat mundiciam carnis perſeuerantez·Quarto cin
gulum·vt impetus luxurie refrenet·Quinto ſtolã
in ſignum obediencie·Sexto tunicam iacinctinam·
id eſt celeſtem conuerſatõnez·Septimo ſuperindu
it dalmaticam· id eſt ſanctam religionem ⁊ carnis
mortificatõnẽ·Octauo chirothecas·vt declinet va
nam gloriaz·Nono annulum vt diligat ſponſam ſi
cut ſe·Decimo caſulam id eſt caritatem·Vndecimo
ſudarium· vt quicquid fragilitate vel ignorancia
peccat penitencia tergat Duodecimo pallium ſuppo
nit·vt oſtendat ſe imitatorem criſti·qui languores
noſtros tulit·Tredecimo mitram· vt ſic agat ꝙ co
ronam mereatur percipere eternam· Decimoquar
to baculum·id eſt autoritatem poteſtatis ⁊ doctri=
ne·Et poſtea tapeta calcat·vt terraz deſpicere·⁊ a=
mare celeſtia diſcat·Omnibus autem premiſſis ve=
ſtibus induitur a miniſtris·quia ei vt veſtes induat
ſpirituales angeli ſuffragantur· vel quia vicarius
eſt xp̄i cui angeli miniſtrant ⁊ omnia ſeruiunt·Rur
ſus pontifex tanquam aduocatus ⁊ pugil cum ho=
ſte pugnaturus antiquo veſtibus ſacris quaſi ar=
mis induitur·iuxta Apoſtolum vt iam dicetur·Pri
mo ſandalia p̄ ocreis habꝫ·ne quid macule vel pul
ueris affectõnum inhereat· Secundo amictus pro
galea caput contegit·Tercõ alba pro lorica·totũ
corpus cooperit·Quarto cingulum pro arcu·ſubci
gulum pro pharetra aſſumit· et eſt ſubcingulũ il=
lud quod dependet a cingulo quo ſtola pontificis
cum ipſo cingulo colligatur·Quinto ſtola collum
circumdat quaſi haſtam contra hoſtem vibrans·
Sexto manipulo pro claua vtitur·Septimo caſula q̃
ſi clipeo tegitur·manus libro pro gladio armatur·
de ſingulis etiam aliter dicetur infra·Hec itaqꝫ ſũt
arma quibus pontifex vl̓ ſacerdos armari debet cõ
tra ſpũales nequicias pugnaturus· Naꝫ vt inquit
Apoſtolus·arma milicie noſtre non ſunt carnalia·
ſed ad deſtructõnem muniminũ potencia·Et in alia
epiſtola ad Ephe·v,· Induite vos inquit armatura
dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli·Sta=
te ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate·⁊ in=
duti lorica iuſticie·⁊ calciati pedes in preparatõne
euangelij pacis·in omnibus ſumentes ſcutum fidi
in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extin=
guere· ⁊ galeã ſalutis aſſumere ⁊ gladium ſpũſ
quod eſt verbum dei·Hec quidem armatura eſt p̄=
miſſa ſeptuplex veſtis ſacerdotalis ſignificatia ſep
templicis virtutis ſacerdotis·⁊ repreſentatiua chri
ſti veſtium quibus indutus fuit tempore paſſionis
vt infra dicetur·Prouideat ergo diligenter ep̄us·
et attendat ſtudioſe ſacerdos vt ſignum ſine ſignifi
cato non ferat· id eſt vt veſtem ſine virtute nõ por
tet·ne forte ſimilis ſit ſepulchro a foris dealbato·
intus vero omni ſpurcicia pleno Quiſquis enim ſa
cerdos indumentis ornatur ⁊ honeſtis moribꝰ nõ
induitur quanto venerabilior apparet hominibus·
tanto redditur indignior apud deum· Pontificalẽ
itaqꝫ gloriam non iam honor cõmendat veſtium· ſꝫ
ſplendor animarum·quoniam ⁊ illa que quondam
carnalibus blandiebantur obtutibus· ea pocius q̃
in ipſis erant intelligẽda poſcebant· vt quicquid il
la velamina in fulgore auri· in nitore gemmarum·
et in multimodi operis varietate ſignabant· hoc iam
in moribꝰ actibuſqꝫ clareſcat·cum ⁊ apud veteres
reuerencia ipſa ſignationum ſpecies obtineret· et
apud nos cerciora ſint experimenta rerum quam
enigmata figurarum·prout hec et alia in pontifi=
cali vbi agitur de epiſcopi conſecratione leguntur
Sic itaqꝫ munitus ad certamen contra ſpiritualia
nequicie in celeſtibus et profedanda in ſubditos iu
dicis ira ad altare procedit·⁊ per confeſſionem dia
boli renunciat domino et ſeipſum accuſat· Populꝰ
vero quaſi pro ſuo pugile oraturus in profeſtis
diebus terre proſternitur· Dum autem ille ora=
tiones et alias recitat quaſi totis viribus contra
dyabolum pugnat·Dum diaconus in ieiunijs ante
euangelium caſulam ſuper humerum replicat·
quaſi gladium contra hoſtem vibrat Dum epiſtola

legitur· voce preconis imperatoris edicta dant̄ can
tus ſunt tubicine precentores chorum regētes ſūt
duces exercituū ad pugnam inſtruentes· quibus la
teſſentibus alij ſubueniunt· Cantus autem ſequen
tie eſt plauſus ſeu laus victorie· Dum euangelium
legitur hoſtis quaſi gladio vulneratur· aut exerci
tus poſt victoriam diſperſus adunatur· Epiſcopus
predicans eſt imperator victores laudans· Oblatō
nes ſunt ſpolia que victoribus diuiduntur· Cantꝰ
offertorij eſt triūphus qui debetur imꝑatori· Pax
autem in fine datur· vt populi quies hoſte ꝓſtrato
inſtruetur· Et deinde populus data licencia per Ite
miſſa eſt· cum gaudio de victoria ⁊ pace obtēta ad
propria redit· Celebraturus itaqꝫ miſſam epiſcopꝰ
aut preſbiter indumentis ſuo ordini congruentibꝰ
ſe exornat ⁊ veſtium cultui actōnis que cōueniant
ornamenta· Circa quod notandum eſt ꝙ ſex ſunt in
dumenta ſacerdotibus ⁊ epiſcopis omunia· quia et
ſex ſunt in quibus omunis preſbiterorum ⁊ ēporū
poteſtas conſiſtit· Nouem ſunt ornamenta pontifi-
cibus ſpecialia· quia ⁊ nouem ſunt in quibus ſpe-
cialis epiſcopoꝝ poteſtas conſiſtit· Per hunc ergo
cōmuniū ⁊ ſpecialium indumentorum numerum cō
munitas ⁊ ſpecialitas poteſtatum inter epiſcopos
et ſacerdotes ſignificatur· de quo in parte precedē
ti dictum ē ſub titulo ð Epiſcopo· Hoc etēm tam in
nouo q̄m in veteri teſtamento legitur conſtitutum
vt pontifices preter omunes veſtes habeant ſpeci
ales· ſed ibi quatuor erant cōmunes· ⁊ quatuor ſpe
ciales· prout dicetur ſub titulo de legalibus indu-
mentis· quod ſiquidem ratio miſtica poſtulabat nā
ille date ſunt carnalibus ⁊ mundanis · quoniam qua
ternarius numerus cōuenit carni propter quatuor
humores ⁊ mundo ꝓpter quatuor elementa · Hec
autem ſpūalibus ⁊ perfectis date ſunt· Nam ſena-
rius numerus qui perfectus eſt · quia redditur ex
ſuis partibus aggregatis perfectis cōuenit· Vnd̄
et ſexto die perfecit deus celum ⁊ terram ⁊ omnē
ornatū eoꝝ ſed cū in plenitudine temporis ſexta ve
niſſet etate ſexto die ſub hora ſexta redemit genus
humanū· Senarius ergo numerus perfectus ē· qr
ſuo ordine numeratus perficitur· Nam cum vnum
duo ⁊ tres dicuntur· ſenarius numerus implet̄· vel
quia in tribus partibus diuidit̄· id eſt in ſexta ter-
cia ⁊ dimidia· vicꝫ in vno duobus ⁊ tribus· Noue-
narius etiam ſpūalibus conuenit· quia nouem ſunt
ordines angelorum qui ſcd̄m ꝓphetam per nouem
gemmarum ſpecies deſignant̄· Quindecim ergo ſūt
ornamenta pontificis quindecim virtutum gradus
ſpō numero deſignancia· quos per quindecim canti
ca graduū ps̄· diſtixit· Veſtes em̄ ſacerdotales vir
tutes ſignificant· quibus debent ſacerdotes ornari
ſcd̄m illud propheticum· Sacerdotes tui induantur
iuſticia· ⁊ ſancti tui exultent· Que talares dicunt̄·
quia talus eſt finis corporis· per quod oſtendit̄· ꝙ
non ſufficit opus bonum inchoare niſi ſtudeatur ꝑ-
ſeueranti fine compleri prout ſub titulo· de tunica
dicetur· Sic ergo noſter pontifex plura q̄ꝫ octo in
duit veſtimenta· quamuis aaron non niſi octo ha-
buiſſe legatur· quibus moderna ſuccedunt· qð ideo

eſt· quoniam oportet iuſticiam noſtrā magis ab
undare q̄ꝫ ſcribarū ⁊ phariſeorum· vt intrare poſſi
mus in regnum celorum· Poteſt etiam dici· ꝙ no-
ſter pontifex octo habet a capite vſqꝫ ad pedes ex-
ceptis veſtimentis pedum ⁊ manuū· ſcꝫ· amictum· al
bam· cingulum · ⁊ ſtolam· duas tunicas· caſulam·
et palleum· veſtimentum em̄ pedum pocius pertinet
ad noſtrum q̄m ad aaron· quia noſtris dictum eſt·
euntes in omnes gētes ⁊c̄· Deniqꝫ preter ꝑmiſſas
veſtes ſacris ordinibus ⁊ miniſtris deputatas· ē ⁊
alia quedaꝫ veſtis linea que ſuppellicium dicitur de
quo quibuſlibet ſeruicijs altaris ⁊ ſacrorum vacā-
tes ſuper veſtes cōmunes vti debēt· prout in ſequē
ti titulo dicetur· Suppellicium autem ꝓpter ſui can
dorem mundiciam ſeu puritatem caſtitatis deſignat
iuxta illud· Omni tēpore veſtimenta· id ē opera tua
ſint can dida· id ē munda· propter nomen vero ſuum
carnis mortificatōnem figurat· Dictum ē enim ſu-
ppellicium· eo ꝙ antiquitus ſuper tunicas pellicias
de pellibus mortuorum animalium factas indueba
tur· quod adhuc in quibuſdam eccleſijs obſeruat̄ ·
repreſentantes ꝙ adam pꝰ peccatum talibus veſti
tus ē pellicijs· Tercō denotat innocenciam· ⁊ ideo
ante omnes alias veſtes ſacras ſepe induitur· qr di-
uino cultui deputati innocenciam vite cunctis vir
tutum actibus ſupponere debent· iuxta illud· ps̄· In
nocentes ⁊ recti adheſerunt mihi Quarto propter
ſui latitudinem congrue caritatem deſignat· Vnde
ſuper prophanas et omunes veſtes induitur ad no
tandum ꝙ caritas operit multitudinem peccatorū·
Quinto propter ſui formam· quia in modum cru-
cis firmatur· paſſionem domini figurat· quodqꝫ il-
lud gerentes crucifigi debent vicijs ⁊ concupiſcen-
cijs· Fiunt autem ſuppellicie in quibuſdam locis de
criſinalibꝰ lineis que ponunt̄ ſuper infantulos bap
tizatos· exemplo moyſi qui ð purpura ⁊ biſſo ⁊ a-
lijs a populo in tabernaculo oblatis fecit veſtes qui
bus aaron ⁊ filij eius induerentur· quādo miniſtra
bant in ſanctis· Exodi· xxxix· c· Eſt etiam ⁊ alia ve
ſtis que pluuiale vel capa vocatur· que creditur a
legali tunica mutuata· Vnde ſicut illa tintinabul̄·
ſic iſta fimbrijs inſignimur que ſunt labores ⁊ hu-
iuſmodi ſollicitudines· Habet etiam capucium· qð ē
ſupernum gaudium· prolixa eſt vſqꝫ ad pedes· ꝑ qð
perſeuerancia vſqꝫ ad finem ſignificatur· in anteri
ori parte aperta eſt· ad notandum ꝙ ſancte conuer
ſantibꝰ vita patet eterna· ſeu ꝙ eoꝝ vita patere de-
bet alijs in exemplum· Rurſus per capam glorioſa
corpoꝝ imortalitas intelligitur· Vnde illam nō niſi
in maioribus feſtiuitatibus induimus· aſpicientes
in futuram reſurrectōnē· quando electi depoſita car
ne binas ſtolas accipient· videlicet requiem anima-
rū· ⁊ gloriam corpoꝝ· que capa recte interius pa-
tula eſt ⁊ niſi ſola neceſſaria fibula incōſuta· qr cor
pora iam ſpūalia facta nullis animam obturbabūt
anguſtijs· Fimbrijs etiam ſubornatur· quia tunc no
ſtre nihil deerit imperfectōni· ſed quod nunc exper
te cognoſcimus tunc cognoſcemus ſicut et cogni-
ti ſumus· Quidam autem heretici garriunt nuſq̄m
reperiri in nouo teſtamento ꝙ chriſtus vl̄ diſcipuli

eius premiſſis veſtibus induerentur·repreſenden=
tes nos temere·quia talibꝰ ornamur·quoniaꝫ ſicut
Johannes ait·Dominus ſurgens de cena poſuit ve
ſtimenta ſua ⁊ poſtea alia nunquam accepit niſi ſua
nos vero vt dicunt plura alia q̄m veſtimus reueſti
mus in miſſa in qua cenam ipſam imitamur· ⁊ dn̄s
ab hijs qui volunt ambulare in ſtolis nos cauere
precepit dicens·Cauete a ſcribis qui volunt ambu
lare in ſtolis dicunt em̄ ꝙ hoc facimus vt iuſtiores
et excellencíores populis appareamus contra illud
Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibꝰ·deꝰ
autem nouit corda veſtra·quia quod hominibꝰ al=
tum eſt·abhominatio eſt apud deum·Error autem
iſte ex premiſſis apertiſſime cõfutatur·Legitur qꝫ
Ezechielis·xlij·⁊·xliiij·Cum ingredientur ſanctua=
rium meum ⁊ accedent ad mēſam meam vt mihi mi
niſtrent ⁊ cuſtodiāt cerimonias meas veſtibꝰ vtā
tur lineis·nec aſcendit ſuper eo quicq̄m laneū·Cūqꝫ
egrediētur atrium exterius ad populum exuent ſe
veſtibus in quibus miniſtrauerunt·⁊ non ſanctifi=
cabunt populum in veſtibꝰ ſuis·Et nota ꝙ oſtiarij·
lectores·exorciſte·⁊ acoliti veſtibus albis vtūtur·
videlicꝫ ſuppellicio·amicto ⁊ alba·⁊ balteo·⁊ ange
los dei miniſtros·per caſtitatis mundiciam imitent̄
et in eis in carne glorioſa effecta ſpirituali quaſi in
albis veſtibꝰ ſocientur·Inde eſt ꝙ pocius lineis ve
ſtibus vtūtur·quia ſicut linum multo labore ad cā
dorem producitur·ſic neceſſe ē per multas tribula
tōnes ad regni gloriā peruenire·In concilio mago
tenenſi ſtatutum eſt ꝙ epiſcopus in ordinatōne ſua
recipiat orarium·baculum ⁊ annulū·preſbiter ora
riū ⁊ planetam·diaconus orariū ⁊ dalmaticaꝫ·ſub
diaconus patenam ⁊ calicem·⁊ cum degradantur
ea perdunt·Et in concilio tholetano ſtatutum ē·ꝙ
diaconus tempore oblatōnis tantum·ſcilicet quādo
legit euangelium vtatur alba·id eſt dalmatica·No
tandum quoqꝫ ē ꝙ veſtes euāgelici ſacerdotis ali=
ud deſignant in capite ſcilicet in chriſto aliudqꝫ fi=
gurant in membris·quanq̄ꝫ ⁊ caput ⁊ membra ſa
cerdotis nuncupant̄·ad caput dicit pſalmigraphꝰ·
Tu es ſacerdos ineternum ſcd̄m ordinem m̄elchiſe
dech·Ad menbra vero dicit Apoſtolus·Vos eſtis
genus electum regale ſacerdocium·Exponenda er
go ſunt eorum miſteria·Primo ſcd̄m ꝙ membris·
conſequenter ſcd̄m ꝙ capiti ſcilicet chriſto conue=
niunt·prout in quolibet capitulo diſtinguetur·De
ornamentis autem ⁊ palleis ⁊ veſtibus eccleſie vel
altaris in parte prima dictum eſt·vbi agitur de pi=
cturis·Porro ſex indumēta ſacerdotibus ⁊ epiſco
pis cõmunia ſunt hec·amictꝰ·alba·zona·ſeu cingu
lum·ſtola·manipulus·planeta·Nouem vero ponti=
ficibus ſpecialia ſūt hec·calige·ſandalia·ſuccincto
rium·tunica·dalmatica·cirotece·mitra·ānulus·ba
culus paſtoralis·De quibus omnibus ſingulatim
proſequimur·⁊ etiaꝫ de ſudario ⁊ de palleo ⁊ de co
loribus quibus eccleſia in eccleſiaſticis vtit̄ indu=
mentis ⁊ de legalibus indumentis·

## De amictu·

Primo de ſex ornamentis epiſcopis et ſacerdoti
bus cõmunibus eſt ſcd̄m premiſſa dicendum·
Lotis itaqꝫ manibus·epiſcopus ſeu ſacerdos cele=
braturus aſſumit amictum quo caput tegitur quē
pontifex loco ephot ſiue ſuperhumeralis et ratōna
lis habet·⁊ nunc etiā ſuperhumerale vocari poteſt
ſignificans ſalutem que per fidē tribuitur·De hoc
Apoſtolus ad Ephe·vj·Galeam ſalutis aſſumite·ſi
gnificat etiam caſtitatem cordis ⁊ corporis·quia
et renes ⁊ pectus ambit ⁊ tegit·⁊ omnibus ſacris
veſtibus ſupponitur·ſed omnibus ſupereminet quia
caſtitas ⁊ debet eſſe intus in pectore ⁊ foris interi
opere·Unde in renibus ſtringitur·quia ibi p̄cipue
luxuria dominatur·Per amictum quoqꝫ ſuper hu=
meros quia circumquaqꝫ diffunditur operꝫ fortitu
do deſignatur·Humeri nanqꝫ fortes ſunt ad opera
peragenda·iuxta illud·Patriarche iacob|ſuppoſu
it humerum ad portandum factus eſt tributis ſer=
uiens·Duo vaſculi ſiue due cordule quibus amictꝰ
ante pectus ligatur ſignificant intentōnem ⁊ finē
quibus informandum eſt opus·ne fiat in fermen=
to malicie ⁊ nequicie·ſed in azimis ſinceritatis ⁊ ve
ritatis·Sacerdos igitur non debet ocōſus exiſtere·
ſed hominis operibus inſudare·ſcd̄m illud Apoſto
li ad Thimo·Labora ſicut bonus miles iheſu criſti
Laudanda tamen quorūdaꝫ locorꝫ habet ꝯſuetudo
vt linea camiſia alba aut ſuppellicium ſuper cõmu=
nes veſtes induitur priuſq̄m amictus imponat̄ per
quod fides que primo adeſſe debet ſignificat̄·Por
ro amictus ſuper os planete reuoluitur·de quo ſb̄
titulo·de planeta dicet̄·amictu quoqꝫ collum ſtrin
gitur·per quod vocis caſtigacio intelligitur·quo=
niam p̄ collum in quo vox eſt vſus loquendi expri=
mitur·Stringit̄ ergo collum ne inde ad linguam
mendacium tranſire poſſit·Leuiter tamen cū eo pe=
ctus ⁊ fauces ſtringunt̄·ꝓut ſub ti·de cingulo di=
cet̄·Illo etiam caput operimꝰ ne circūquaqꝫ libere ꝓ
ſpiciēdo illicita cogitemus·Pectus ſeu cor eo tegi
tur·quia animus ſacerdotis ad ea que incumbūt de
bet totus eſſe intentꝰ·nec debet tunc ad vanitates
vel ad aliq̄ mundana libere meditanda diſſolui·Por
ro amictus quo ſacerdos caput obnubit·ſcꝫ ꝙ ca
piti·ſcꝫ xp̄o conuenit ſignificat id quod in Apoca·
deſcribitur·videlicꝫ Angelum dei fortē deſcēdiſſe
de celo amictū nube·Et in Yſaia·Ecce dominꝰ aſcē
det ſuper nubem candidam·veniens em̄ ad ſaluatio
nem mundi ſaluator mūdi dei filiꝰ·angelus magni
conſilij amictus eſt nube dum diuinitatem abſcōdit
in carne·Nam caput viri xp̄s·caput xp̄i deus·Hoc
ergo carnis latibulum ſignificat ſacerdotis amictꝰ
quod per illam ſindonem expreſſius ſignificatur·qꝫ
ſummus pontifex caput obducit·de qua in titulo de
ſuccinctorio dicetur·⁊ pulchre quidem quod p̄ cal
ciamentum pedum hoc ipſum per amictum capitis
deſignatur·quia diuinitas in carne latuit·et per car
nem innotuit·Nam cum notus eſſet in iudea deus
et in iſrahel magnum nomen eius·in ydumeam ex
tendit calciamentum ſuum·et ante conſpectum gen
tium reuelauit iuſticiam ſuam·Amictus etiam re=
preſentat operimentum quo iudei velabant faciem
chriſti dicentes Mathei·vj·Prophetiza nobis xp̄e
quis eſt qui te percuſſit·

### De Alba.

POſt amictum camiſiam ſiue albam ſacer=
dos induit que membris corporis conue=
nienter aptata nihil ſuperfluum aut diſſo
lutum in vita ſacerdotis aut in eius mem
bris eſſe debere demonſtrat. ſcd̄m ꝙ legitur. Omni
tempore veſtimenta tua ſint cādida. Fit autē de biſſo
vel lino. propter quod ſcriptum eſt. Biſſinum ſunt
iuſtificatōnes ſanctorum. ē autem biſſus linū egip
ciacum Sicut eñi biſſus vel linum candorem quem
ex natura non habet. multis tonſionibus attritū ac
quirit per artem ſic ⁊ hominis caro mundiciaꝫ quā
non obtinet per naturam per exercicia bonorū ope
rum multis caſtigatōnibus macerata ſortitur per
graciam. Sacerdos ergo ſcd̄ꝫ Apoſtolum caſtiget
corpus ſuum. ⁊ in ſeruituteꝫ redigat. ne forte cum
alijs predicauerit ipſe reprobus fiat Habet autem
alba capucium qđ eſt profeſſio caſtitatis. Habet
etiam lingulam que ſignificat linguam ſacerdotalē
que ligat contumāces ⁊ abſoluit penitentes. Rur=
ſus hec veſtis que in veteri ſacerdocio linea vel po
deris grece ſeu tunica talaris dicebatur ſtricta fu
iſſe deſcribitur propter ſpiritum ſeruitutis iudeoꝝ
in timore. In nouo vero larga eſt propter ſpiritum
adoptōnis in libertate. qua nos xp̄us liberauit. Qđ
autem aurifriſium et gramata diuerſis in locis ac
varijs operibus ad decorem habet. illđ inſinuat qđ
Propheta dicit in p̄s. Aſtitit regina a dextris tuis
in ve. deau. circū. varie. Rurſus alba cigulo ſtringitᷣ
vt omnis voluptas carnalis aſtricta intelligatur di
cente domino. Sint lumbi veſtri precincti. Manife
ſte quoqꝫ tam albe q̄m etiam tunicelle conuenien=
ter eſſe debent ſtricte non nimis laxe vt labantur.
Et brachia nudentur habentes in ſummitatibus au
rifriſia. ad deſignandum aureos torques qui bra=
chia nuda Beati Martini miſſam celebrantis mi=
raculoſe decenter operuerunt. prout in ſexta parte
ſub eius feſto dicetur. Per albam etiam qua corpꝰ
a ſurſum vſqꝫ ad deorſum tegitur ſpes que ex gra
cia prouenit eccleſie deſurſum et ex meritis eccleſie
deorſum figuratur. De hac Apoſtolus ad Romañ.
viij. Spe ſalui facti ſumꝰ. quia vero vſqꝫ ad talos
deſcendit perſeueranciam deſignat prout tactum ē
prope finem in prohemio huius partis. Porro ſcd̄ꝫ
ꝙ capiti. ſcꝫ xp̄o conuenit alba que eſt lineum veſti
mentū longiſſime diſtans a tunicis pelliceis que ex
mortuis animalibus fiunt. quibus adam veſtitus
eſt poſt peccatum nouitatem vite ſignificat. quam
xp̄us ⁊ habuit ⁊ docuit ⁊ tribuit in baptiſmo. de q̄
dicit Apoſtolus. Exuite veterem hominem cū acti
bus ſuis ⁊ induite nouum qui ſcd̄m deum creatus
eſt. Nam ⁊ transfiguratōne reſplenduit facies eiꝰ
ſicut ſol. ⁊ veſtimenta eius facta ſūt alba ſicut nix
Semper enim veſtimenta chriſti munda fuerunt ⁊
candida quia peccatum non fecit. nec inuentus eſt
dolus in ore eius. Hec etiam veſtis repreſentāt al
bam veſtem in qua Herodes illuſit chriſto. Luce
viceſimotercio.

### De zona ſeu cingulo.

DEbet auteꝫ alba circa lumbos ſacerdotis
ſeu pontificis zona ſeu cingulo. quod in
lege ⁊ apud grecos balteū dicebatur p̄
cingi. ne defluendo greſſum impediat. vt
caſtitas ſacerdotis per albam ſignificata nulliꝰ in=
centiuorum ſtimulis diſſoluatur. Cingulum nanqꝫ
continenciam ſignificat. Unde Sint lumbi veſtri p̄
cincti ⁊c̄. In lumbis quidem luxuria dominatur. ſi=
cut dominus loquens de dyabolo manifeſtat. Vir=
tus eius in lumbis eius. ⁊ fortitudo eius in vmbili
co ventris eius. Sane a ſiniſtro latere pontificis ex
cingulo duplex dependet ſuccinctorium. quia duo
ſunt quibus caſtitas roboratur ⁊ ſine quibus diffi
cile conſeruatur. ſcꝫ oratio ⁊ ieiunium. Unde domi=
nus ait. Hoc genus demonij non eicitur niſi in ora
tione ⁊ ieiunio. Debent ergo lumbi per continenciā
precingi. et ꝑ abſtinenciam. Unde Apoſtolus. Sta
te ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Verum ſuc
cinctorium quod vel piſama vel ſubcingulum voca
tur. inter indumenta legalia fuiſſe nō legitur. quia
et ſi legales ſacerdotes accicti tempore ſacrificij ab
ſtinere deberent. alio tamen tempore licite vacabāt
amplexibus. hodie autem additur cingulum. quia
moderni miniſtri habere debent cōtinenciam. ⁊ ideo
nō ſolum cingi. ſed etiam ſuccingi debent. Ideo aūt
duplex eſt ſuccinctorium vt duplex caſtitas deno=
tetur. videlicet mentis que per cingulum ſignifica
tur a parte ſiniſtra dependet. quia pocior ē caſtitas
mentis q̄m corporis. ⁊ dextera pars pocior eſt q̄m ſi
niſtra. Unde Grego. Lumbis p̄cingimur cum car=
nis luxuriā per carnis continenciā coarteamꝰ. Cin=
gulum quoqꝫ conuenienter temperanciam deſignat.
de ſubcingulo etiam dictum eſt in prohemio huius
partis. Et aduerte ꝙ pectus ⁊ fauces leniter cum
amictu ſtringuntur. quia motus in noſtra poteſta
te non ſunt. Helias prius clauſit celum quando pe=
cijt ꝙ non plueret. q̄m animum quando deſiderabat
vindictam de morte ꝓphetarum. lingua etiam i hu
mido ſedet ⁊ in madido ⁊ facile lubricatur Uñ prin
ceps apoſtoloꝝ ad vocem ācille magiſtrum nega=
uit. ſed renes fortiter cingulo ſtringuntur. vt caſti
getur corpus. ⁊ in ſeruitutem redigatur ⁊ impetꝰ
luxurie defrenet̄. Porro ſcd̄m ꝙ capiti ſcꝫ xp̄o con
uenit zona ſacerdotalis ſignificat illđ qđ Johannes
apoſtolus ait. Conuerſus vidi ſimilem filio hōis
precinctum ad mamillas zona aurea. per zonaꝫ au
ream perfecta xp̄i caritas deſignat̄. quā dicit Apo
ſtolus ſupereminentem ſciencie caritatem xp̄i. fer=
uentem in corde radiantem in opere. Cuius ſuccin=
ctorium illđ ſignificat quod Yſa. xj. de xp̄o loquēs
p̄dixit. Erit iuſticia cingulū lūboꝝ eius. ⁊ fides cin
ctoriū renū eiꝰ. Naꝫ iuſtꝰ dn̄s iuſticiā dilexit. equi=
tatē vidit vultꝰ eiꝰ. Et fidel' dn̄s i ver. fu. ⁊. ſ. i. o. fu.
Que ſūmitates ipſius due ſūt ꝑtes naturales iuſti=
cie. quā xp̄s fecit ⁊ docuit. ſcꝫ qđ tibi nō vis fieri al
teri ne feceris. ſꝫ quecūqꝫ vultis vt faciāt vobis hoi
nes ⁊ vos eadē facite ill'. cigulū ergo iuſticiā ſigni
ficat. cꝰ duo ſūt brachia ſeſe cōſtringēcia. ſcꝫ decli=
nare a malo ⁊ opari bonū. Repſentat etiā flagellū
quo pilatꝰ cecidit ihēſū Joh. xix.

### De ſtola.

Poſt cingulum ſacerdos orarium ſiue ſto
lam que leue domini iuguꝫ ſignificat ſiue
que eſt iugum preceptorum domini ſuper
collum ſibi imponitur · vt iugum domi ſe
ſuſcepiſſe demonſtret · quam cum oſculo ſibi impo=
nit ⁊ deponit ad notandum aſſenſum ⁊ deſiderium
quo ſe ſubicit huic iugo · Illa autem a collo per an=
teriora deſcendens dextrum ⁊ ſiniſtrum latus ador
nat · quia per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris · id
eſt · in proſperis ⁊ i aduerſis ſacerdos debꝫ eſſe mu=
nitus · quatenus nec aduerſis frangatur nec ꝓſpe=
ris eleuetur · Vnde ⁊ cum ſacerdos in ordinatione
ſtolam accipit dicit illi Epiſcopus · Accipe iugum
dei · iugum em̄ eius ſuaue eſt · ⁊ onus eius leue · ſua=
ue in proſperis · leue i aduerſis · Stola quippe vſqꝫ
ad genua que curuantur protēditur vt nos mites
corde ⁊ humiles inſinuet · Significat em̄ pacienciā
de qua ſcriptum eſt · Paciencia vobis neceſſaria eſt
vt reportetis promiſſiones Et iterum In pa · v · p · a ·
v · Hinc eſt ꝙ ſtola cum zona ſeu cingulo a dextris
et a ſiniſtris quibuſdam annexibus colligatur · qꝛ
virtutes virtutibus ſociātur ⁊ iuuantur · ne aliquo
moueantur temptatōnis impulſu · Et ad deſignan
dum ꝙ tam in proſperis q̄m in aduerſis debet chri
ſti iugum pacienter ferri faciēte glutino caritatis ·
A quibuſdam vero pontificibus additur premiſſis
verbis ſtola innocencie induat te dominus · qđ ſto=
lam reſpicit primitiuam que fuit innocencie ſignifi
catiua · Rurſus ſtola ab humero ſiniſtro ſacerdotis
in dextrum dum ordinatur reflectitur · quia cū obe
diencia incipiat ab actiua per dilectionem proximi
tranſit in contemplatiuam vitam per dilectōnē dei ·
longitudo autem ſtole perſeueranciam ſignificat ·
Duo brachia ſtole dependencia ſignificant pruden
ciam ⁊ temperanciam · Vnde Apoſtolꝰ ad Thi · ij ·
Sobrie iuſte ⁊ pie viuamus ⁊c̄ · Sed ⁊ ſcđm decre=
tum bracareñ · concilij debꝫ ſacerdos d vno eodēqꝫ
orario ceruicem pariter ⁊ vtrunqꝫ humerum pre=
mens ſignum crucis in ſuo pectore preparare · vt qui
imperturbatus precipitur inter proſpera ⁊ aduer=
ſa conſiſtere · virtutū ſemper ornamento vtroqꝫ cir
cumſeptus appareat humero · Si quis auteꝫ aliter
egerit excōicatōni debite ſubiacebit niſi forte quis
dixerit hoc decretum per contrariam generalis ec=
cleſie conſuetudinem abrogatum · Nam vero vbiqꝫ
partes ſtole reducuntur ante pectus in modū cru
cis · Crucem autem gerit dum xp̄i paſſionem cꝰ mi=
niſter eſt imitatur in mente · Orarium itaqꝫ iugum
ſimul ⁊ onus eſt · Iugūm ſacerdotibus · onus diaco
nibus · Vnde fit vt ſacerdotibus circa collum · ⁊ dia
conibus ſuper ſiniſtrum humerum ponat̄ · ſicut em̄
iugū collo portat̄ · ſic ⁊ humeris onera ferūt̄ · Lege
in leuitico ⁊ videbis ſolos leuitas ferēdis oneribꝰ
deſtinatos · In diacono etiā ſtola iugum ſignificat ·
prout in parte ſecunda dictum eſt · vbi de diacono
agitur · Adhuc ſtola ſiniſtro humero diaconi impo
nitur · quia decet tempalia ſpūalibus deſeruire · vel
quia dexteram diaconi oportet eſſe liberam · vt expe
dicius ad miniſterium ſacerdotis diſcurrat · de quo
etiam ibi dictum eſt · Ad lumbos ſtola ſuccingitur ·
vt ſit fortis et expeditus contra pugnas libidinum
quandoqꝫ tamen ſolum ſuper ſiniſtrum brachiū ꝑs
anterior ſtole cōplicatur · quod tractum eſt a lega
libus ſacerdotibus · qui dum ſacrificabant ſummita
tes balthei ſuper humerum reflectebant · In epiſco=
po vero vel ſacerdote ab vtraqꝫ parte equalit̄ depē
det alterius · quia xp̄s cuius tipum gerunt qui equa
nimiter ſe habuit in proſperis ⁊ i aduerſis · que per
leuam ⁊ dexteram ſignificantur habitatores terre
ad celeſtia ducere deſiderabat quod ſemper ante o=
culos mentis ſue gerebat · Dictum eſt autem ora=
rium quia quamuis ſine alijs indumentis ſacerdota
libus baptizare · cōſignare · ⁊ alia plura orando face
re liceat · ſine orario tam̄ niſi magna neceſſitate co=
gente nihil horꝫ facere liceat · In concilio tribureñ ·
in burcardo libro · v · c · preſbiteri · legit̄ vt preſbite=
ri non vadant niſi ſtola orario ve induiti · Notandū
autem eſt · ꝙ antiquitus ſtola erat veſtis candida ꝑ
tingēs vſqꝫ ad veſtigia qua patriarche vtebantur
ante legem quam primogeniti cum benedictōnem
patris acciperent induebant · ⁊ domino victimas vt
pontifices offerebant Sed poſtquam alba cepit por
tari mutata eſt in torquē · per primam ſtolam inno=
cencia intelligitur · que fuit in primo homine · Sed
cum eam perdidit propter peccatum oportuit eam
recuperare per vitulum ſaginatum · quia igitur ſup
eſt vt qui per inobedienciam cecidimus · per obedien
ciam reſurgamus · recte pro veſte innocencie recu=
panda ſubimus torquem obediencie · Nam per ſtolā
qua nunc vtimur obedienciam accipimus euange=
lij crucifixi · Porro ſcđm ꝙ capiti · ſcilicet xp̄o conue
nit ſtola que ſuper amictum collo ſacerdotis incum
bit · obedienciam ⁊ ſeruituteꝫ ſignificat quam domi
nus omnium ꝓpter ſuorum ſalutem ſubijt · Nam cū
in forma dei eſſet non rapinaꝫ arbitratus eſt eſſe ſe
e · d · Exinaniuit em̄ ſemetipſum formam ſerui acci=
piens factus eſt obediens vſqꝫ ad mortem · mortē
autem crucis · Cauſam quippe mortalitatis nec tra
xit originem nec omiſit in opere · Stola etiam repre
ſentat ligaturam qua iheſus ligatus fuit ad colū
nam · Statutū eſt in canonibꝰ ne ſubdiaconi lecto=
res · ⁊ pſalmiſte orarijs ſiue ſtolis vtantur ·

¶ De manipulo ·

Quia vero mētibus bene compoſitis ⁊ di=
uino cultui mancipatis ſepe ſubrepit acci
dia que quodam torpore reddit animum
dormientem · p̄s · Dormitauit anima mea
pre tedio · Ideo in ſiniſtra manu miniſter ad altaris
miniſterium accedentis quedam apponitur manipu
la que fanon vel manipulus vel ſudarium appellat̄ ·
quatenus ſudorem mentis abſtergat · ⁊ ſoporeꝫ cor
dis excuciat vt bonis operibꝰ inuigilet depulſu te
dio vel torpore · Per manipulam enim bona opera
vel vigilancia deſignantur · de qua dominus ait ·
Vigilate · quia neſcitis qua hora filius hominis
venturus ſit · Vnde ſponſa dicit in canticis · Ego
dormio et cor meum vigilat · Per ſudarium etiam
penitencia deſignatur qua labes quottidiani exceſ
ſus et tedium mundane conuerſationis extergitur
de quo dicit̄ · Dormitauit anima mea p̄ tedio · tedet

eīī animam peccatorum conſciencie et infirmitati
corporee· ſignificat etiam futurorum bonorum re-
tributōnem Vnde in quibuſdā locis quociens in fe-
ſtis albis vtuntur manipulos portant· ex eo ꝙ in il
la vita vnuſquiſq₃ propriam mercedem accipiet Et
venientes venient cum exultatōne portantes mani
pulos ſuos· Item quia manipulus penitenciam deſi
gnat· inde eſt ꝙ ſudariū ſubdiaconi magis fanone
ſacerdotali formatur· quia vbi maior exceſſus ma-
ior exigitur penitencie fructus· De ſudario etiā in
fra dicet̄· Sane miniſtri manipulum in brachio ſini
ſtro ferunt ad notandum ꝙ ſtricti debēt eſſe ad ter
rena· ſ₃ ad celeſtia expediti· Antiqui autem nō erāt
aſtricti ad hoc· quia deo etiam pro temporalib9 ſer
uiebant· et ad ſignificandum nos in hac vita que ꝑ
ꝯminiſtrum ſignificatur pati tedium ſupflui humo-
ris id eſt delectatōnis ⁊ alia ſupflua mentis· ad hoc
manipulus in ſiniſtra fide in hac vita deſignat Ma
nipuli vſus ſūptus eſt nō ab aaron ſed ab antiquis
patribus· quia ſicut legitur in martilegio bede· Ar
ſenius ſudarium ſemper ferebat i ſinu vel manu ad
tergendum effluenciam lacrimarum· Porro ſcd̄m
ꝙ capiti· ſcilicet xp̄o conuenit ꝙ ſacerdos manipu
lum portat in leua· deſignat ꝙ xp̄us brauium obti
nebat in via· Per manipulum eīī premium deſigna
tur· iuxta quod legitur· Venientes autem venient
cum exultatōne portantes manipulos ſuos· Per le
uam vita preſens accipit̄· iuxta illud· Leua ei9 ſub
capite meo· ⁊ dextera eius amplexabitur me· Xp̄us
autē ſimul fruebatur ⁊ merebat̄· fruebat̄ in patria
et merebatur in via· Naz ſimul ⁊ brauium compre
hendebat ⁊ ſtadiū percurrebat· quia ſimul erat in
patria ⁊ in via· Nemo inquit aſcendit in celum niſi
qui de celo deſcendit filius hominis qui eſt in celo·
Manipulus etiaz repreſentat funem quo ihēſus cō
prehenſus a iudeis ligatus fuit· Vñ Iohānis· xiij·
Comprehenderunt ⁊ ligauerunt eum· Manipulus
tamen poſt indutam planetā cōſueuit romano pon-
tifici immitti· quod etiaz a pluribus obſeruatur de
quo in quarta parte ſub titulo de confeſſione dice
tur· Notandum autem ꝙ diaconus ⁊ ſubdiaconus
pontifici induenti et exuenti ſe ſacris veſtibus ſine
manipulis ſeruiunt· Primo vt expedicius ⁊ liberi9
adminiſtrent· Secundo ad notandum ꝙ in tali obſe
quio non debet fructum quercre temporalem· qui
quandoq₃ per manipulum ſignificat̄· iuxta illd̄ p̄s·
Venientes autē venient ⁊c̄· Rurſus dum pontifex
ſe induit vel exuit diaconus ſtat a dextris ⁊ ſubdia
conus a ſiniſtris· q₂ diaconus ex ordine ſuo ad for
ciora ⁊ perfectiora que ad dexteram ſignificantur
aſſumitur q̄m ſubdiaconus·

¶ De caſula ſeu planeta·

Poſtremo ſuper omnēs veſtes induitur ca
ſula que quaſi parua caſa dicit̄· et a gre-
cis planeta vocatur a planon quod eſt er
ror· quoniaz errabundus eius limbus ſu
per brāchia eleuatur· ſignificans caritatē ſine qua
ſacerdos eſt ſicut es ſonans aut cimbalum tinniēs
ſicut enim caritas operit multitudinē peccatorum·
et omnia legis ⁊ ꝓphetarum mandata cōtinet· di-
cente Apoſtolo· Plenitudo legis eſt caritas· Sic ⁊
hec veſtis cuncta planat ⁊ omnia alia indumēta in
tra ſe claudit ⁊ ꝯtinet· De caritate dicit Apoſtol9·
Adhuc excellencōrem viam vobis oſtendo· Si lin-
guis hominum loquar ⁊ angelorum· caritatem au
tem nō habeam nihil ſum· Et iterū· Si ſidem habeā
vt montes transferam· caritatē autem nō habeam
nihil ſum· Hec ſiquidem eſt veſtis nupcialis d̄ qua
inquit in euangelio· Amice quomodo huc intraſti
nō habens veſtem nupcialem· Sine hac aūt nunq̄m
ſacerdos debet ſuum officiuz exercere· q₂ ſemper eū
decet in caritatis vinculo permanere· Per hoc aūt
ꝙ amictus ſuper os planete reuoluitur innuitur ꝙ
opus bonum debet ad caritatē referre· Nam finis
precepti eſt caritas de corde puro· ⁊ ꝯſciencia bona
et fide non ficta· Qz vero caſula in extenſione ma-
nuum in anteriorem ⁊ poſteriorem partem diuidit̄·
ſignificat duo brachia caritatis· ſcilicet ad deum ⁊
ad proximum· Diliges inquit deū tuum ⁊c̄· In hijs
duobus mandatis pendet tota lex ⁊ prophete Rur
ſus latitudo planete latitudinem ſignificat carita-
tis que ⁊ vſq₃ ad inimicos extenditur· Vnde· Latū
mandatum tuum nimis· Due quoq₃ plicature ſini-
ſtre videlicet ⁊ dextre ſunt duo precepta caritatis·
ſcilicet amor dei ⁊ proximi· Duplicatur etiam ante
pectus· per quod cor· ⁊ inter humeros· ꝑ quos ope
ra exprimuntur· ⁊ in eis veſtimentum ipſum duplex
efficitur quia ſic debemus bona opera foris oſtende
re proximis vt eadem intus in corde coram domino
integra ſeruemus Caritatem autem debemus habe
re in corde ⁊ opere ⁊ intus ⁊ foris· Rurſus ante pe
ctus duplicatur· quoniam per caritatem bona volū
tas ⁊ ſancta cogitatio generatur· Duplicatur etiā
inter humeros· quia per illam aduerſa a proximis·
et ab aduerſarijs ſupportantur· Ad brachia autē
eleuatur dum bona opera caritatis operamur· Ad
dexteram· dum operamur bonum ad domeſticos fi-
dei· ad ſiniſtrum dum extenditur etiam ad inimicos
Adhuc triplicatur in brachijs· In dextro quidē dū
fidelibus monachis clericis ⁊ laicis ſubuenim9 In
ſiniſtro dum infidelibus· ſcilicet malis chriſtianis
iudeis ⁊ paganis neceſſaria miniſtramus· Per ca-
ſulam quoq₃ recte opera iuſticie deſignantur· Iux
ta illud· Sacerdotes tui induantur iuſticia· Sane ſa
cerdos ſuum agens officium non debet caſulam ex-
uere· quia precipiēte domino· Leuit̄· xxj· c· Nen licet
ei egredi de ſanctis· ſcilicet reb9 vel preceptis· Por
ro ſcd̄m ꝙ capiti· ſcilicet chriſto cōuenit caſula ma
gni ſacerdotis eſt eccleſia vniuerſalis· de qua dicit
Apoſtolus· Quotquot in xp̄o baptizati eſtis xp̄m
induiſtis· Hoc ē illud aaron veſtimentū cuius i orā
deſcendit vnguentū· ſed a capite deſcendit in barbā
et a barba deſcendit in oram· quoniam de plenitudi
ne ſpiritus eius nos omnes accepimus· primo apo
ſtoli· poſtmodum ceteri· Qz autem caſula vnica et
integra ⁊ vndiq₃ clauſa eſt· ſignificat fidei vnita-
tem ⁊ integritatem· Veruntamen in extenſione ma
nuum in anteriorem ⁊ poſteriorem partem quodam
modo diuiditur· deſignans antiquam eccleſiam que
paſſionem xp̄i p̄ceſſit· ⁊ nouam q̄ paſſionē xp̄i ſubſe

quitur. Nam et qui preibant ⁊ qui ſequebantur cla
mabant dicentes. Oſanna filio dauid. benedictꝰ qui
venit in nomine domini. Hec etiam veſtis repꝛeſen-
tat purpureum veſtimentum quo milites circumde
derunt ihesum. Joh. xj. c.

De caligis et ſandalijs.

Superius de ſex ornamentis tam ſacerdo-
talibus quam epiſcopis cōmunibus dictū eſt
Nunc autem de nouem pontificū ſpecialibꝰ
dicendū reſtat. Et prius de caligis ⁊ ſan
dalijs videamus. Veſtimentum autem pedum nō ha
buit originem ab aaron qui dumtaxat in iudea cō
uerſabatur. Ideoqꝫ neceſſe non habuit. ſed ab Apo
ſtolis quibus dictum eſt. Euntes docete omnes gē
tes niſi forte quia dixerit ꝙ caligę ⁊ ſandalia in lo
cum femoralium ſuccedūt. Celebraturi igitur pon-
tificis pedes interea dum dicuntur quiqꝫ pſalmi in
pparatōne euangelij pacis caligis ⁊ ſandalijs cal-
ceantur. quorum pulchritudinem ammirabatur Pro
pheta dicens. Quam ſpecioſi pedes euangelizancium
pacem euangelizancium bona. Vnde Apoſtolus ad
Ephe. Calciati pedes calciamentis virtutum. Et in
euangelio legitur dominum miſiſſe diſcipulos ſuos
ſandalijs calciatos vtiqꝫ in pparatōne euangelij pa
cis. Si enim calciati non eſſent quomodo ſuper ſerpen
tes ⁊ ſcorpiones calcare potuiſſent. Cogitent igitur
epiſcopi cur ita calciati ſunt. imitentur eorum exē-
pla quorum imitantur calciamenta. Siquidem per pe
des conuenienter affectus intelliguntur. Debent
namqꝫ habere affectus ⁊ deſideria calciata. ne pul-
uere terrenorum ſeu temporalium maculentur. Per
huius quoqꝫ calciamentum prohibicio pedum con-
grue intelligitur ne vicꝫ ad illicita feſtinent. Quia
vero affectus facilius inficiuntur ⁊ maculantur tem
pore proſperitatis quod per dexteram. quam tempore aduer
ſitatis quod per ſiniſtrum intelligitur. Ideo vt maio
ri periculo cicius occurrendum oſtēdatur a dextro
pede pontifex incipit calciari. Prius tamen quam ſan-
dalia pedibꝰ imponantur caligis induuntur. vſqꝫ ad
genua protenſis ibiqꝫ conſtrictis. quia pdicator pe-
dibus ſuis rectos debet facere greſſus ſuos ⁊ ge-
nua debilia roborare. Nam qui fecerit ⁊ docuerit hic
magnus vocabitur in regno celorum. Caligę quoqꝫ
iacinctini. id eſt aurei ſeu celeſtis coloris denotant
ꝙ celeſtes debent habere pedes. id ē affectus et fir
mos ne claudicent. ſed dicat confortamini puſillani-
mes. Et conſequenter ſandalia pedibus imponūtur
que ſic vocantur ab herba vel ſandarico colore quo
depinguntur. Habent autem deſubter integram ſo
leam deſuper vero corium feneſtratū. quia greſſus
predicatoris ⁊ ſubtus debent eſſe muniti ne polluā
tur terrenis iuxta illud dominicū. Excutite pulue-
rem de pedibus veſtris. ⁊ ſurſū apti quatenꝰ ad co-
gnoſcenda miſteria ſeu celeſtia reuelentur. iuxta illud
ppheticum. Reuela oculos meos ⁊ cō. mi. de le. tua
In hoc quoqꝫ ꝙ deſuper aperta ſunt ꝙ corda ſemper ad
deum erecta habere ⁊ oculos mentis ad ea que ſurſū
ſunt aperire debemus ſignificatur. Quod etiā ſub-
tus ſolida ſunt ſignificat ꝙ mentem in terrenis ob-
tuſam habere debemus. nec debemus querere bene
dictionem eſau que in terris eſt. ſed iacob que ē in
celis. Rurſus ꝙ ſandalia in quibuſdam locis aperta
et in quibuſdam integra ſeu clauſa ſunt. deſignat ꝙ
euangelica predicatio nec omnibꝰ reuelari nec oī-
bus abſcondi debet iuxta illud. Vobis datum ē no
ſce miſterium regni dei. ceteris autem in parabolis
Nolite ſanctū dare canibus. neqꝫ margaritas ſpar
gere ante porcos. Sandalia quoqꝫ interiꝰ quādoqꝫ
ex coreo albo fiunt. quia neceſſe eſt intentōnem cā
didam et conſcienciam puram coram deo habere ⁊
exterius nigrum apparet. quia predicatorum vita
propter tribulatōnem huius mundi nigra ⁊ deſpe
cta ſecularibus videtur. Quandoqꝫ etiam rubeum
ad notum martirij deſignandum. ⁊ quandoqꝫ diuer
ſis coloribus variatum in quo virtutum varietas
quibus ornatꝰ eſſe debet ſignificatur. Lingula ve
ro a coreo ſeparata ſupra pedem conſurgens linguas
eorum que predicatori bonum perhibent teſtimoni
um ſignificat. qui tamen quodammodo a ſpūalium
conuerſatōne ſeparati ſunt. Secūdo lingula ipa ſpi
ritualium lingua eſt que predicatorem in opus p-
dicatōnis introduxit. Tercō etiam ipſius predica-
toris linguam deſignat. linea vero ab ipſa lingula
vſqꝫ ad finem ſandalij per medium eius procēdēs e-
uangelicam perfectōnem deſignat. linee vero ab v-
troqꝫ latere procedentes que in fine ſandalij ad ipam
lineam mediam referuntur. ibiqꝫ terminantur legē
figurant propheticam. que in euangelio recapitu-
lantur. et in eo determinantur. Superior quoqꝫ ps
ſandaliorum per quam pes introducitur varijs cō
ſuitur funiculis ne duo eius cornua defluāt ſeu ab
inuicem diſiungantur. ad notandum ꝙ predicator
ſeipſum varijs alligare debet virtutibus atqꝫ ſcrip
ture ſentencijs ne ipſius intrinſeca ab hijs que exte
rius lucent coram altiſſimo diſiungantur. Ipſa quoqꝫ ſan
daliorum ligatura ſignificat ꝙ prelatus qui huc il
lucqꝫ diſcurrere habet greſſus mentis firmare de-
bet cum in turbis verſatur. Quia vero corrigię huc
illuc atqꝫ manibus ducuntur vt ſandalia firmētur
et ligētur ſignificat ꝙ predicator ſic firmo greſſu
incedere debet vt nulli oneroſus exiſtat. ⁊ ne in via
miniſtrando deficiat. Nam fruſtra velociter currit
qui priuſquam ad metā perueniat deficit. Miſtice enim
ſandalia curſū predicatoris ſignificant. Quandoqꝫ
tamen ſandalia non ligantur. quia chriſti incarna-
tio aliquando humanis ſenſibus aperta eſt vt ē pā
nis inuolui ⁊ in preſepio poni. Aliquando vero cor
rigię ſandalijs ſupererogantur. quia ſcriptum eſt.
Quodcūqꝫ ſupererogaueris ego cum rediero red
dā tibi. Poteſt etiā dici ꝙ caligę ſignificant illā lo-
tionem de qua dominus ait. qui lotus eſt non indi-
get niſi vt pedes lauet. Sed quia non ſufficit mun-
dicia cordis abſqꝫ paciencia perſecutōnis. Ideo ſe-
cuntur centōnes rubei qui martirium figurāt. qui
autem in corde mundiciam ⁊ in voluntate ſi opus
fuerit habuerit pacienciam. ſecurus accedet ad pre
dicationem quam ſandalia deſignant apoſtolica.
Porro ſecundum ꝙ capiti. ſcꝫ criſto conueniunt ſandalia
aliud deſignant. pontifex enim in altaris officio ca
pitis ſui. ſcilicet criſti cuius eſt membrum repreſen-

tans perſonam dum pedibus aſſumit ſandalia illud incarnatōnis dominice calciamentū inſinuat· de quo dominus ait in ps̄· In ydumeam extendam calciamentum meum id eſt in gentibus notam faciam incarnatōnem meam· Venit enī ad nos calciata diuinitas vt pro nobis dei filius ſacerdocio fungeret̄· Per ſingulas autem que cum pedibus ipſa ſandalia conſtringuntur illud item accipim⁹ quod ꝑ calciamenti corrigiam iohā· bap· ſignificauit cum ait Cuius non ſum dignus cor· cal· ſoluere· vnionē vicʒ ineffabilem· ⁊ copulam carnalem inſolubilem· quibus verbi diuinitas noſtre ſe carni coniunxit· Sane mediantibus caligis pedes ſandalijs coniūguntur· quoniam anima mediāte carne diuinitati eſt vnita· ſicut enī pes corpus ſuſtentat· ita diuinitas mundū gubernat· Vnde adorate ſcabellum pedum eius qm̄ ſanctum eſt· Verum ſcd̄m decretum Grego· diaconi nō debent vti compagis ideſt ſandalijs· necʒ manipulis id eſt calciamentis epiſcopalibus abſcʒ indulgencia ſedis apoſtolice ſpeciali· Olim enī vtebātur· quia eorum erat diſcurrere per comitatū· Hodie ergo nec ipſi nec ſacerdotes vtuntur· ſed epiſcopi ſolum· vt per varietatē ſandaliorum notetur varietas officiorum· Preterea epiſcopi habent ꝑ plebes diſcurrere ſacerdotes vero domino hoſtias immolare· Clerici autem romane eccleſie ex conceſſione conſtantini imperatoris vti poſſent calciamentis cū vdonibus· id ē candido linteamine·

De ſuccinctorio et orali·

De ſuccinctorio nil aliud dicim⁹ q̄m q̄ ſub zona ⁊ cingulo· vt in prohemio huius ꝑtis dictum eſt· Sane romanus pontifex poſt albam ⁊ cingulum aſſumit orale q̄n dam videlicet ſindonem quod capiti quaſi in modū veli imponit ⁊ replicat ſuper humeros ⁊ āte pect⁹· legalis pontifex ordinem ſequens qui prius lineā ſtrictam ⁊ zonam induebat ephot id eſt ſuphumerale cuius locum modo tenet amictus· Aſſumit etiam crucem quandam catenulis inſertam q̄m a collo ſuſpenſam ſibi ſtatuit ante pectus· quoniam ⁊ legalis pontifex iſte crucem gerit in pectore ⁊ ſic ſigno crucis aurea lamina ceſſit· Illam miſterium qđ in quatuor literis aurilamina continebat· in quatuor partibus forma crucis explicuit· iuxta quod inquit Apoſtolus· Vt comprehendatis cum omnib⁹ ſanctis que ſit latitudo ⁊ longitudo· que ſublimitas et profundum· Sacramentum ergo quod ille tunc per laminam preferebat in fronte· hoc iſte iam recō dit in mente· nam corde creditur ad iu· ore a· con· f· ad ſa· Et ſcd̄m iheronimū· Auro legis ſanguis euāgelij precōſior eſt· Crucē quocʒ ſtatuit ſibi ante pectus ad deſignandum quod ait Apoſtolus· Glorificate ⁊ portate deū in corpore veſtro· Imponendo autem ſibi ⁊ deponendo crucem illam oſculatur ad notandum q̄ xp̄i paſſionem que per illam ſignificat̄ credit et confitetur ad quam repreſentandā in officio miſſe ſe parat·

De tunica·

Poſt appoſitam ſtolam pontifex induit tunicā que alibi ſubtile· in lege vero poderim· idē talaris dicebatur ſignificantem perſeuerantiam· Vnde ioſeph inter fratres ſuos talarem veſtem deſcribit̄ habuiſſe· cum enī cetere virtutes in ſtadio currant perſeuerancia tantum brauium accipit· quoniā qui perſeuerauerit vſcʒ ad finem hic ſaluus erit· Vnde precipitur· Eſto fidelis vſcʒ ad mortem· ⁊ dabo tibi coronam vite· Rurſus ideo poſt albam tunica induitur· quia ſicut per albam caſtigatō corporis· ita per tunicam virtutes intime intelligunt̄ quas ſemper debet habere perfectus· Porro tunica nō cingitur quoniam ſcd̄m ſui formam iter non impedit· ſic et virtutes per illam deſignate liberum iter ad contemplatōnem dei prebent· ſed alba cingitur ꝑut ſb̄ cingulo dictum eſt· In veteri teſtamento erant due tunice videlicet biſſina· ⁊ iacinctina· Exo· xxxix· c· Et hodie etiam quidam pontifices duabus vtuntur ad notandum q̄ proprium eſt eorum habere ſcienciam duorum teſtamentorum vt ſciant de theſauro domini proferre noua ⁊ vetera· ſiue vt ſe oſtendāt diaconos ⁊ ſacerdotes· Preterea vnaquecʒ earum tipum ꝓprium gerit· quoniam alba que biſſina ſiue linea eſt caſtitatem ſignificat vt ſub titulo de alba dictum eſt Prima etiam tunica ſi ſerica eſt· quia originem traducit ex vermibus qui ſine coitu creantur· caſtitatem ⁊ humilitatem demonſtrat· Secūda tunica que iacinctina eſſe debʒ ſicut ⁊ olim erat coloris lapidis iacincti que etheris ſerenitatem imitatur ſanctos ſignificat celeſtia cogitantes ⁊ imitantes· ſiue celeſtem conuerſatōnem· Sicut enim lapis ille colorem cum aere mutat· nam in ſereno aere ſerenus ⁊ in obſcuro pallidus eſt· ſic ſpecialiter decʒ epiſcopum gaudere cum gaudentibus· ⁊ flere cum flentibus· Si autem illa alterius coloris fuerit· fit et alterius ſignificatōnis· Ceterum pontifex vnam tunicam ſub alia induit ad notandum q̄ ſicut cooperta tunica a populo non videtur· ſed tantum a clericis ſcitur· ita ⁊ ratio ſublimium ⁊ virtutes quas ꝑfectus ſemper habere debet que per illam ſignificātur patere non debent omnibus· ſed maioribus ⁊ ꝑfectis· Porro ſcd̄ʒ q̄ capiti· ideſt xp̄o conuenit hec veſtis que in veteri ſacerdocio iacinctini coloris erat ⁊ habebat pro fimbrijs malapunica cum tintinabulis aureis ab inferiori pte dependencia vt pontifex totus vocalis incederet prout dicetur ſub titulo de legalibus indumentis celeſtem chriſti doctrinam inſinuat· cuius noticiam habuerūt omnes quibus dicitur per prophetā· In montem excelſum aſcēde tu qui euangelizas ſion· precipue tamen hanc tunicam habuit euangelice textrix doctrine ſapiencia dei iheſus xp̄us· ⁊ dedit illam apoſtolis ſuis· Omnia inquit q̄ audiui a patre meo nota feci vobis· Hanc ergo ſignificauit illa tunica domini quā milites ſcindere noluerunt eo q̄ eſſet inconſutilis deſup cōtexta per totum damnum fore maximum exiſtimātes in quo ſignificatum eſt q̄m damnoſū ſit qui doctrinam euangelicam hereſibus ſcindere moliant̄· Subdiaconus quocʒ vtitur tunica de qua in ſequēti tractatu dicetur·

De dalmatica·

Pontifex immediate ſuper tunicam dalma
ticam veſtit ſcđꝫ inſtitutōnem ſilueſtri pa
pe qui ab incōſutili domini tunica et apo=
ſtolorum colobio creditur mutuata. Eſt
autē collobium veſtis ſine manicis prout in cucul
la monachali apparet. Sed ſilueſter papa in dalma
ticam vertit latas manicas addendo ⁊ in ſacrificijs
altaris portandam inſtituit. Dicta eſt autem dalma
tica. eo ꝙ in dalmacia ⁊ poſt omnia alia indumen=
ta ſacerdotalia ſit reperta. hec ſui forma ſignificat
largitatem eo ꝙ largas habet manicas ⁊ protēſas
Vnde ſcđm Apoſtolum oportet epiſcopum eſſe nō
turpis lucri cupidum. ſed hoſpitalem. Nō ergo ma
num habeat ad dandum collectam ⁊ ad recipiendū
porrectam. ſed illud efficiat quod propheta ſuadet
Frange eſuri. pa. t. ⁊c̄. Et ob hoc forte diaconi ſpe=
cialiter vtuntur dalmaticis. quia principaliter ele=
cti ſunt ab apoſtolis vt menſis ex officō miniſtrēt.
Ceterum dalmatica diaconi ampliores habet ma=
nicas q̄m tunicella ſubdiaconi que alicubi ſubtile
vocatur. quia ipſe ampliorem habere debet carita=
tem q̄m ſubdiaconus propter maius donum. Pontifi
cis etiam dalmatica lacōres habet manicas q̄ꝫ dia
coni ad notandum ꝙ ip̄e magis eſt expeditus nihil
habens quod ipſius manus conſtringat. quia ꝓ ce
leſtibus omnia debet largiri. caritas enim eius ex=
tenditur etiam vſqꝫ ad inimicos. Nempe tunicella
ſubdiaconi. dalmatica diaconi. ⁊ caſula preſbiteri
ſuccedunt in locum tunice iacinctine. que erat co=
loris celeſtis. id eſt aerei. ad notandum ꝙ om̄es mi
niſtri altaris celeſtē debent habere conuerſatōnem
licet ſcđm maius ⁊ minus quod notat latitudo vel
ſtrictura manicarum dalmatice ⁊ tunicelle vt pre
miſſum eſt. Quia igitur ſacerdos maxime debꝫ eſſe
ad celeſtia expeditus Jdeo hec ornamenta nō gerit
nec aliud brachia ſtrigens. Epiſcopus autē ſimul
vtitur ⁊ dalmatica ⁊ tunicella ⁊ omnium ornamē=
tis. vt oſtendat ſe perfecte omnes habere ordines
tanq̄m qui eos alijs ofert minores ſacerdotes eos
non conferunt. ⁊ ideo illa non portant quibꝰ ſufficit
vnum quod celeſtem ſignificet conuerſatōnē. Pre
terea pontifex in ornamentis atqꝫ in officio magis
expreſſe gerit ſimilitudinem ſaluatoris q̄m ſimplex
ſacerdos. ⁊ magis ſibi conueniunt ornamentorum
ſignificata. Jdeoqꝫ pluribus vtitur ornamētis. De
bet autem dalmatica habere duas lineas coccine=
as hinc inde ante ⁊ retro a ſummo vſqꝫ ad deorſū.
vt pontifex oſtendatur habere feruorem caritatis
ad deum et ad proximum in proſperis ⁊ in aduer=
ſis iuxta veteris ⁊ noui teſtamēti preceptum quod
eſt. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo
et proximum tuum ſicut teipſum. Vnde Johā. Ca
riſſimi non mandatum nouū ſcribo vobis. ſed man=
datum vetus quod ab inicio habuiſtis. Et iterū mā
datum nouū ſcribo vobis ⁊c̄. Quandoqꝫ linee pur
puree ſunt ſignificantes fidem ſanguinis chriſti in
vtroqꝫ populo neceſſariam. Jn ſiniſtro quoqꝫ late=
re dalmatica fimbrias ſolet habere ſollicitudies a=
ctiue vite ſignificantes quas epiſcopus pro ſubdi=
tis ſuis debet habere. iuxta quod dicit Apoſtolus.
Preter illā que extrinſecus ſūt inſtancia mea quot
tidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum. Per dextrū
vero latus quod fimbrijs caret notatur contēpla=
tio celeſtium ſine ſollicitudinibꝰ ⁊ quieta multipli
citate perturbatōnum. Adhuc quedam dalmaticē
xv. habent fimbrias ante ⁊ retro. quia xv. pſalmi.
in veteri teſtamento quaſi xv. gradus exeunt d' tra
mite caritatis. ⁊ xv. rami ſimiliter in nouo teſtamē
to excreſcunt de opere caritatis Verbigracia. cari
tas paciens eſt benigna ⁊c̄. vſqꝫ caritas nunq̄m ex
cidit. Alique vero habent. xxviij. antē ⁊ totidem re
tro vbi ſeptiformis ſpiritus eſt octies repetitꝰ qui
replet octo maneries laudācium deum ſcꝫ reges et
populos. principes ⁊ iudices. iuuenes ⁊ virgines.
ſeniores ⁊ minores. Rurſus in dalmatica varietas
eſt ſine ſciſſura. quia licet varia religionis opera a=
pud deum agantur. tamen in votis non diſcrepant.
Jtem aperta eſt a lateribus ſub aſcellis inſinuans il
li qui eam induit vt xp̄i qui in latere lancea perfora
tus eſt veſtigia imitetur. Adhuc dalmatica formā
crucis pretendit. Vnde per eam xp̄i paſſio figurat̄.
Jdeoqꝫ in miſſe officō portatur vbi xp̄i paſſio rep=
ſentatur. Significat etiam dalmatica ſanctam reli
gionem ⁊ carnis mortificatōnem atqꝫ ſublimium
ratōnem. Alba dalmatica ſanctā ⁊ immaculatam
ſignificat vitam. Rubea martirium. alba vero ope=
re polimitico variata notat mundiciam ⁊ virtutum
varietatem et eſt aurifriſio adornata. Juxta illud.
Aſtitit re. a d. t. in ve. deau. Porro ſcđm ꝙ capiti ſ.
xp̄o conuenit dalmatica ſui forma latam ⁊ largam
chriſti miſericordiam ſignificat quam ipſe pre cete
ris docuit ⁊ impendit. Eſtote inquit miſericordes ſi
cut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Beati nanqꝫ miſe
ricordes quoniam miſericordiam conſequent̄. Hic
eſt ergo ſamaritanus ille proximus noſter qui fe=
cit nobiſcum miſericordiam ſuperinfundens vulne=
ribus noſtris vinum ⁊ oleum. Nam per viſcera mi=
ſericordie domini dei noſtri viſitauit nos oriēs exal
to. qui non ex operibus iuſticie noſtre que fecimus
nos. ſed ſcđm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.
pro peccatoribus venit vt de peccatis veniam indul
geret. Miſericordiam inquit volo ⁊ non ſacrificiū.
Legitur in canone Greḡ. ꝙ i primitiua eccleſia nō
licebat epiſcopo vl' diacono vti dalmatica abſqꝫ in
dulgēcia ſedis apoſtolice ſpeciali. Sane dalmatice
tempore aduentus domini a diaconibus intermittū
tur quoniam quando aliqua claritas ſacri ordinis
ad tempꝰ intermittitur clariꝰ reſplendet ⁊ auidius
ſumit̄ quando reſumit̄ in animas deuotorū. quia qđ
rarū eſt magis appetitur. Rurſus in aduentu diaco
nus nō vtitur dalmatica. nec ſubdiaconꝰ tunica. q2
lex quam ſubdiaconus ſignificat ante incarnatōnē
domini euangelij ornatu carebat. ⁊ caritas euange
lij quam diaconus ſignificat nondum apparuerat
vel quia nondum venerat qui veſtem innocencie et
immortalitatis nos induere debebat. Jdeo veſtes
leticie dimittuntur. Vtuntur autem cum caſulis de
quo in ſecunda parte ſub titulo de diacono dictum
eſt. Jn ieiunijs tamen penthē. poteſt diaconus dal=
matica vti.

¶ De cirotecis.

Quia pleriq; bonum opus quod faciũt in=
ani fauore corrumpunt. Ideo ſtatim poſt
indutam dalmaticam pontifex iuxta ritũ
apoſtolorum manus operit cirotecis. vt
neſciat ſiniſtra ſua quid facit eius dextra. Per ciro
tecam ergo cautela congrue deſignatur que ſic fa
cit opus in publico ꝙ intentõnez continet in occul
to. Nam ⁊ ſi dominus dixerit. Luceat lux veſtra co
ram hominibus vt videãt opera veſtra bona. ⁊ glo
rificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Ad quod
etiam deſignandum ciroteca circulum deſuper ha=
bet aureum ipſe tamen precipit. Attendite ne iuſti=
ciam veſtram faciatis coram hominibus. vt videa=
mini ab eis alioquin mercedem nõ habebitis apud
patrẽ veſtrũ qui in celis eſt. Manus ergo qñq; ve=
lantur cirotecis ⁊ quandoq; denudantur. quia bona
opera interdum ad vitandum vanam gloriam oc=
cultantᷣ. ⁊ interdum ad edificandum ꝓximos ꝓpa
lantᷣ. Sunt autem incõfutiles qm̃ actõnes pontifi=
cis fidei recte debent eſſe cõcordes. Per cirotecas
quoq; in manibus exempla ſanctoꝝ que in opib9
habenda ſũt intelligunᷣ. quẽ opa ab oĩ inquinamẽ
to mundata ſunt ne modicum fermenti totam maſ
ſam corrũpat. Per ipſas vero cirotecas albas. ca=
ſtitas ⁊ mundicia denotatᷣ. vt manus id eſt opatõ=
nes ſint munde. ⁊ ab oĩ ſorde imunes. Porro ſcd̃m
ꝙ capiti. id eſt xp̃o conueniunt ciroteece ſunt edoꝝ
pellicule. quas manibus iacob rebecca circumdedit
vt piloſe manus ſimilitudinem maioris exprimerẽt
Sane pellis hedi ẽ ſimilitudo peccati qm̃ rebecca ma
ter. id ẽ ſpũſſancti gr̃a manibus veri iacob. id ẽ ope
ribus xp̃i circũdedit. vt ſimilitudinem maioris. id ẽ.
prioris ade ſecundus exprimeret. Xp̃s eñ ſimilitu=
dinem peccati ſine peccato ſuſcepit vt incarnatõis
miſterium diabolo celaretur. Nam ad ſimilitudinez
peccatorum eſuriuit ⁊ ſitiuit doluit et expauit. dor=
miuit ⁊ laborauit. Unde cum ieiunaſſet. xl. diebus ⁊
xl. noctibus ac poſtea eſuriſſet accedens ad illũ dia
bolus eum ad ſimilitudinem prioris ade temptare
temptauit. ſed qui primum vicerat eiſdem modis vi
ctus eſt a ſecundo.

¶ De mitra.

Poſtquam epiſcopus planetam induit mi=
tram loco ſidaris ſeu tiare ſeu infule ca
piti eius imponitur. iuxta illud. Gloria ⁊
honore coronaſti eũ domine. Sed ⁊ papa
coronam frigiũ loꝝ ſuper humerale clamidem pur
puream ⁊ tunicam iacinctineam habet ex conceſſio
ne ꝯſtantini impatoris. Mitra aũt ſciẽciã vtriuſq;
teſtamẽti deſignat. Duo nanq; illi9 cornua duo ſũt
teſtamenta. anterius nouũ. poſterius vetus q̃ duo
epiſcopus memoriter debet ſcire. ⁊ illis tanq̃m du=
plici cornu fidei inimicos ferire. Videri debet quidẽ
ſubditis epiſcopus cornutus ſicut ⁊ moyſes de mõ
te ſinai deſcendẽs. ⁊ duas tabulas teſtimonij tenẽs
apparebat cornutus aaron ⁊ filijs iſrahel ex cõſor
cio ſermonis dei. prout legitur Exo. xxxiiij. c. Qui
dam autem heretici mitram ⁊ eius cornua ⁊ ep̃um
illam ferentem ꝯdemnant. inducentes in fomentuz
ſui erroris ꝙ Ioh. ait in apocã. Vidi aliam beſtiam
aſcendentem de terra ⁊ habebat cornua duo ſimilia
agno ⁊ loquebatur ſicut draco. Que vero fimbrie
poſterius dependentes ſpũs ⁊ litera ſunt. Per du=
as quoq; fimbrias ſeu lingulas notatur ꝙ parat9
eſſe debet tam in miſtico q̃m in hiſtorico ſacre ſcrip
ture intellectu in quarum ſummitatibus ſunt fim=
brie rubei coloris denotantes eius promptitudinẽ
ad fidei ⁊ ſacre ſcripture defenſionez. etiam vſq; ad
ſanguinis effuſionem. que ſuper ſcapulas pendent.
ad notandum ꝙ id quod predicat ore. oſtendere de
bet opere. quia eñ ſcapulis nulla pars alcior eſt ad
opus ſiue onus ferendum. ideo recte per eas onus
intelligitur. Circulus aureus qui poſteriorez ⁊ an
teriorem mitre ꝯplectitur partem indicat ꝙ omnis
ſcriba doctus in regno celorum de theſauro ſuo no
ua ⁊ vetera proferre debet. Caueat ergo diligent̃
ep̃us ne prius velit eſſe magiſter q̃z nouerit eſſe di
ſcipulus. ne ſi cecus cecum duxerit ambo in foueaz
cadant. Scriptum eſt eñ per ꝓphetam. Tu ſcienciã
repuliſti ⁊ ego te repellam. ne ſacerdocio fungaris
mihi. Non incompetenter etiaz mitra que in altum
de ſui forma producitur altitudinem ſapiencie deſi=
gnat. Debet eñ ep̃s ſic ſubditos ſciencia excellere.
vt ipſius opatõne ceteri merito grex dicanᷣ. Que
pendule ex poſteriori parte deſignant duplicem me
moriam. prima eſt actuũ diuinorum. ne celebrando
ea ꝯtemptens puniat. vñ ⁊ in ve. te. ſacrificium obla
turus ambiebatur tintinabulis. vt per eoꝝ ſonitũ
reciperetᷣ dignus vel repelletur indignus ab ange
lo ad cuſtodiam templi poſito. ſecunda eſt pctõrum
ſuoꝝ vt de illis ꝯpungantur. Mitra etiam q: qñq;
linea eſt ⁊ alba caſtitatis candorem mundiciamq;
ſignat. Unde hoc ornamẽtum multum capiti neceſ
ſariũ erat in quo quinq; ſenſus corporis vigẽt qui=
bus corruptis facile caſtitas violatur. ſunt etiam
nõnulli dicentes ꝙ mitra poñ. ſpineam coronam ſi=
gnat. et inde eſt ꝙ diaconus in officio miſſe in quo
pontifex chriſtum in paſſione figurat. mitraz illi im
ponit ⁊ deponit quia ipſe ex officio ſuo habet euan=
gelium legere in quo chriſtus ſpinis legitur coro=
natus. Quo cornua ſũt duo caritatis precepta. pon
tifex igitur mitrã accipit. intelligens ꝙ quinq; ſen
ſus a mũdi illecebris cuſtodire debet duorum teſti=
moniorum precepta ſeruet. Et duo caritatis p̃cep=
ta impleat. vt coronam percipere mereatur eternã.
Ceteri vero ſacerdotes ⁊ clerici generaliter caput
contegunt nullo ornamento licet in feſtis ſint in to
to alio corpore ſubordinati. tum quia nondum ẽ ple
num gaudium noſtrum. gaudemus enim non in re
preſencium ſed in ſpe futurorum. tum quia ad hoc
tendimus vt deum nuda facie contemplemur. Sane
mitra aurifriſiata vtendum eſt a paſca vſq; ad ad=
uentum. ⁊ a natiuitate domi vſq; ad ſeptuageſimũ.
in omnibus feſtis duplicibus ⁊ nouẽ lectõnũ toci
us anni niſi in feſto innocentᷣ. ꝓut dicetᷣ ſub titulo
de colorib9 ⁊ in dominicis p̃dictoꝝ tp̃m ⁊ genera
liter qñcũq; Gloria in excelſis. ⁊ Te deũ laudam9
dicunᷣ. Cum eñ illa dicantur in feſtiuis diebus in
quibus virtutem ⁊ gaudium generale vel ſpecial-

capitis vel membrorum ad memoriam reducimus
vt dicetur in prohemio·vij·ptis merito tunc mitra
aurofriſiata vtimur· quia auruꝫ ⁊ gemmarū nitor
gaudiū repſentat· In diebus vo ieiunioꝝ nō eſt eā
vtendū vt ſequitur·quia cū dies illi ordinati ſint ad
delēda peccata·q̄ ſunt tunc ad memoriā reducenda
non ſunt tunc agēda vel ferenda· q̄ gaudiū ſed que
pocius humilitatē ⁊ afflictōnem deſignant·In alijs
vero tēporibus regulariter nō aurifriſiata ſed ſim=
plici vtendū eſt vicꝫ ab aduentu vſqꝫ ad natiuitatē
niſi quia dominus papa vtitur aurifriſiata in dn̄ica
gaudete ⁊ a·lxx·vſqꝫ ad paſca· niſi quia domin9 pa
pa vtitur aurifriſiata in dominica letare iheruſalē·
ꝓut dicetur ſub ti·de coloribus·⁊ etiam in·v· feria
cene domini·in officio miſſe tm̄· ⁊ in ſabbato ſācto
in officio miſſe·Item in feſtis trium lectōnum illi9
tēporis ⁊ in omnibus vigilijs quibus ieiuniū cele
bratur ⁊ in q̄tuor tpibus·⁊ in rogatōnib9· dn̄s tm̄
papa vtitur in feſto ſancti marcij in miſſā tm̄·Item
in officio defunctoꝝ· Illud quoqꝫ notandum eſt ꝙ
romanus pontifex in ſignum imperij vtitur regno·
ideſt corona impiali· ⁊ in ſignū pōtifici vtitur mitra
ſed mitra ſemp vtitur ⁊ vbiqꝫ·regno vero nō ſemp
nec vbiqꝫ· quia pontificis autoritas ⁊ prior eſt ⁊ di
gnior· ⁊ diffuſior eſt quam imperialis poteſtas·Sa
cerdocium enim in populo dei regnum preceſſit ·cū
aaron primus pontifex ſaulem primum regem pre=
ceſſerit ⁊ noe nemroth·quia ſicut legitur primū re=
gni nemroth extitit babilonis· noe vero edificauit
altare domino ⁊ olocauſta obtulit ſup illud·regno
quidem non vtitur niſi certis diebus ⁊ locis· et nū
quā intra eccleſiam ſed extra· Porro ſcd̄m ꝙ capi=
ti·i·chriſto cōuenit mitra pōtificis illud ſignificat
ꝙ ꝓpheta loquens de filio dicit ad patrem ·Gloria
et honore ⁊c̄·hoc ē itaqꝫ nomē qd̄ eſt ſup omne no
men·vt in nomine iheſu omne genu flectatur cele
ſtium ter·⁊c̄ Nam ⁊ in aurea lamina ſidaris ponti
ficalis ſculptum erat nomē domini tetragramaton
cuius miſterium declarabimus in ti·de lega·indu=
mentis·Per mitram ergo capitis xp̄i ſummam illā
honorificenciam intelligimus·que ꝓpter diuinita=
tem debetur humanitati·nam ꝓpter pedeꝫ adoratur
ſcabellum· Adorate inquit ſcabellum pedum eius·
quoniaꝫ ſanctum eſt· Et nota ꝙ ſicut ait zacharias
papa epus ad altare oraturus accedēs ſeu altario
aſſiſtens vel orōnes ad deum effundens mitrā de po
nit ⁊ baculum·quia apoſtolus ꝓhibet viros capite
velato in eccleſia orare· vt reuelata facie gloriam
domini cōtemplent̄·qn̄ vero ad populum ſe conuer
tit vt illi p̄dicet inſignia cōminationis ſue reſumit·
vn̄ ⁊ moyſes cauſā ppl'i apud deū precibꝫ· cauſam
vo dei ad populū gladijs allegabat ·Utio nota ꝙ
quidam epi ſolenniter benedicunt in miſſa ⁊ altāre
thurificāt depoſita mitra alij vero cum mitra in ca
pite·Primi ea ratōne mouentur·quia ſolenniter be=
nedicendo vice dei funguntur·⁊ deus per eorum mi
ſterium benedicit·numeri·vj·in fine vbi dicit̄·Inuo
cabunt nomen meū ſuper filios iſrahel ⁊ ego bene=
dicā eis·Altaris vero thurificatō ſignat oratōnes
apoc̄·viij· Aſcendit fumus incenſorū de oratōnib9

ſanctorū· quia ergo in orationibus cauſam plebis
ad deum agit·ideo cū reuerencia mitra vicꝫ depoſi=
ta illud agere debet·Scdi vero attendunt ꝙ benedi
ctio ⁊ thurificatō non ſunt eſſencialia ad conſecra
tōnem corporis xp̄i·ſed ad ſolennitatem pertinēt et
ideo ea cū mitra agunt vt per hoc a ſimplicibus ſa
cerdotibus diſcernant̄·quamuis enim plus habeat
epus q̄ꝫ ſimplex ſacerdos·in his que ad ſolennitatē
pertinent vt in ornamētis ⁊ alijs·non tamen in his
que ad ꝯſecratōnem ipam ſpectant· Sed hec ratio
minus ſufficiens videtur·quoniaꝫ ſcd̄ꝫ hoc mitra in
miſſa deponeretur niſi quādo verba ad quoruꝫ ꝓla
tōnem fit ſpecierū tranſſubſtanciatio proferuntur

·De Anulo·

Anulus eſt fidei ſacramentum quo xp̄us
ſponſam ſuam ſanctā eccleſiā ſubarrauit·
vt ipa de ſe dicere valeat·anulo ſuo ſubar
rauit me dn̄s meus iheſus chriſtus·cui9
cuſtodes et pedagogi ſunt epi ⁊ prelati anulos pro
ſigno in teſtimonium huius rei ferētes·de quibus
ſponſa dic̄ in cant̄·Inuenerūt me vigiles qui cuſto
diunt ciuitatē·Hunc anulum dedit pater filio reue=
tenti ſcd̄m illud euangelij· Date anulum in manu
eius ex quo euāgelio anuli vſus creditur accept9
Anulus ergo pontificis integritatem ſignat fidei·
vt videlicet eccleſiā dei ſponſam ſibi creditā ſic̄ ſe di
ligat ⁊ ſobriā ⁊ caſtā celeſti ſponſo cuſtodiat· iux
ta illud·Deſpondi enim vos vni vi·vir·ca·⁊c̄·vt ſe
meminerit nō dominum ſed paſtorē·de hoc ſponſo
⁊ ſponſa iohan·euā·dicit qui habet ſponſam ſpōſus
eſt amicus aūt ſponſi qui ſtat ⁊ audit cum gaudio
gaudet ꝓpter vocem ſponſi· epus ergo vicarius et
amicus eſt ſponſi·ꝙ ſi vicarius eſt· ⁊ ipſe quodam
modo ſponſus eſt·Rurſus antiqui lr̄as anulo ſigil=
labāt· Unde epus anulum portat quoniaꝫ ſcripture
miſteria ⁊ eccleſie ſacramenta pfidis ſigillare ⁊ hu
milibus reuelare debet·Porro ſcd̄ꝫ ꝙ capiti ſcilicet
xp̄o cōuenit anulus digiti donū ſignificat ſpiritus
ſancti·digitus em̄ articularis atqꝫ diſtinctus ſpūm
ſanctum inſinuat· ſcd̄m illud digitus dei eſt hic ⁊ a
libi· ſi ego in digito dei eicio demonia filij veſtri in
quo eiciunt·Anulus autem aureūs ⁊ rotundus per
fectōnum donorum eiūs ſignat·quam ſine menſura
xp̄c accepit· qm̄ in eo plenitudo diuinitatis corpora
liter habitat Nam qui deſurſum venit ſuper omnes
eſt·cui deus nō dedit ſpūm ad menſurā dicens ·Su
per quem videris ſpm̄ ſanctū deſcendētem ⁊ manen
tem ſuper eum·hic eſt qui baptiſat· nam requieſcet
ſuper eum ſpūs ſapiencie ⁊ intellect9· Ipſe vero de
plenitudine ſua ſcd̄m differentes donaciones diſtri
buit·alij ſcd̄m apoſtolum dans ſermonem ſciencie·
alij graciam ſanitatum ·alij operatōnem virtutum
⁊c̄·quod ⁊ viſibilis pontifex imitatur· alios in ec=
cleſia conſtituens ſacerdotes·alios diaconos·alios
ſubdiaconos et huiuſmodi· non igitur ab re in epi
digito gemmatus fulget anulus·per cuius miſte=
riū dant̄ fulgida cariſmata graciaꝝ·De anulo ſpō
ſe ſatis dictū eſt in prima parte ſub titulo de eccle=
ſiaſticis ſacramentis·

U·De baculo paſtorali·

Baculus paſtoralis correctõnem paſto-
ralem ſignat· ꝓpter quod a conſecrato-
re dicit̃ conſecrato· Accipe baculum pa
ſtoralis officij vt ſis in corrigẽdis vicijs
pie ſeuiens· de quo dicit apoſtolꝰ· In virga veniam
ad vos· virga ergo paſtoralis poteſtas intelligit̃
ſacerdotal' q̃z xp̃c eis otulit quãdo apl'os ad predi-
candum miſit p̃cipiens eis vt baculos tollerent· et
moyſes cum virga miſſus eſt in egiptum de hoc in
prima pte dictum eſt in ti· de oſecratõnibus· Bacu
lus ergo a lege ⁊ euangelio ſumitur· qui ⁊ virga
paſtoralis ⁊ ſambuca ⁊ pedum ⁊ ferula nuncupa
tur· Moyſes eñ ex mandato domini virgã habuit
que terribilia fecit in celo ⁊ in terra ⁊ in mari· quia
cibum de celo· potum de petra produxit· et gregem
ad terram fluentem lacte ⁊ melle minauit ad hoc
per baculum doctrine autoritas intelligit̃· hac eñ
infirmi ſuſtentantur· inquieti corripiuntur· erran-
tes ad penitenciam trahũtur· Unde ⁊ pedũ vocat̃
qd' eſt lignum recuruum quo paſtores pedes retra
hunt animaliũ· Sane quãdoq̃z baculus ex oſſe ⁊ li-
gno cõficitur que criſtallina ⁊ deaurata ſperula
cõiunguntur· os ſupius recuruatur· lignũ inferiꝰ
ferro acuit̃ modice tñ retonditur· Siquidem os eſt
duricia legis· lignum mãſuetudo euãgelij· que duo
cõiũcta ſunt ſperula diuinitatis ihesu xp̄i· vel os ſe
ueritas· lignum pontificis eſt leuitas· quas iungit
in iuditõ per caritatem Nã ſeueritas vel miſericor
dia multũ deſtituit̃ ſi vna ſine altera teneat̃· ad qd'
deſignandũ ferꝝ obtonditur· quia iudicium miſe
ricordia tempatur· baculus recuruat̃ cũ penitẽtes
ad penitenciam reuocãtur · Aliqñ incuruatura ca-
put formatur quõ ad deum cõuerſis vita eterna ꝓ
mittitur· qñq̃z etiam incuruatura ſcribitur cũ ira-
tus fueris miſericordie recordaberis: ne ob culpaz
gregis ira turbet in paſtore oculũ ratõnis· Aliqñ
in ſperula ſcribitur homo vt põtifex ſe hoiez memo
retur ⁊ de poteſtate collata nõ eleuet̃· aliqñ etiam
iuxta ferꝝ deſcribitur pce· vt in diſciplina ſubditis
pcat ⁊ miſericors a miſericordia miſericordiã cõſe
quatur· Nd' ṽo baculus eſt acutus in fine rectus
in medio· ⁊ retortus in ſummo deſignat ꝙ pontifex
debet pungere pigros· regere debiles ſui rectitudi
ne ⁊ colligere vagos· Uñ verſus· Collige ſuſtẽta
ſtimula vaga morbida lenta· ⁊ reddẽdo ſingula ſin
gulis verſus iſte continet omnia premiſſa· vel ſic·
Attrahe per primum· medio rege· punge per vmũ
Romanus autem pontifex paſtorali virga non vti-
tur· tum ꝓpter hiſtoriam· tum ꝓpter miſticam ra-
cionem· Hiſtoria eſt· quoniam beatus petrus apo-
ſtolus marcialem diſcipulum ſuum quem dñs inter
diſcipulos oſtituit cũ dixerit· Niſi efficiamini ſicut
puulus iſte nõ intra· ⁊c̃· Miſit cum quibuſdã alijs
ad predicandũ germanis· quo in via ad ·xx· dietas
defũcto fronto collega eius· redijt ad nũciandum
hoc petro· cui petrꝰ accipe hũc baculum· ⁊ tangẽs
illuz dic· ſurge in nomine domini ⁊ p̃dica· Ille vero
in ·xl· die a tpe mortis illius tetigit eum ⁊ ſurrexit·
et predicauit· ⁊ ita petrus baculum a ſe remouit et
ſubditis dedit nec recupauit· Innoc̃· vero papa ·iij·
ſcripſit in eccleſie ſpeculõ· ꝙ beatꝰ petrus miſit ba
culũ ſuũ euchario primo treuerorum epo· quẽ vna
cum valerio ⁊ materno ad p̃dicãdum euangelium
genti teutunice deſtinauit· cui ſucceſſit in epiſcopa-
tu maternus qui per baculũ petri de morte fuerat
ſuſcitatus· quem baculum vſq̃z hodie cum magna
veneratõne treuereñ eccleſia ſeruat· ⁊ ideo papa in
illa dioceſi vtitur baculo ⁊ non alibi· Miſtica vero
eſt ratõ quia baculus in ſummitate curuus eſt qua
ſi ad attrahendum· quod in romano pontifice neceſ
ſe non eſt· quia nullus ab eo finaliter diuertere põt
Preterea per baculuz deſignatur cohercio q̃z quia
ceteri pontifices ab homine recipiũt· Ideo a ſuis ſu
perioribus baculos recipiũt ⁊ habent· Romanꝰ ve
ro pontifex quia poteſtatem a ſolo deo accipit bacũ
lum non habet· Porro ſcd'm ꝙ capiti· ſcȝ xp̃o cõue-
nit virga pontificis poteſtatẽ xp̄i ſignat· de qua p̃s
Uirga recta ſiue directõnis virga regni tui qr di-
lexi· iuſti· ⁊ odi· iniqui· ꝓpter qd' alibi dicit· Reges
eos in virga ferrea · duricia ferri vigorem ſignat
equitatis· qua xp̄us tanquam vas figuli peccato-
res confringet· Uerum poteſtas xp̄i non ſolum eſt
virga ſed baculus· quia non ſolum corripit ſed etiã
ſuſtentat· Unde p̃s· Uirga tua ⁊ baculus tuus ⁊c̃

·De ſudario·

Expeditis nouem ſpecialibus pontificum
ornamentis· Aliqua de quibuſdam alijs·
⁊ primo de ſudario videamus quod eſt li
neus pannus quem miniſtrans epo ſemp
patum habet· quo ille ſudorem ⁊ omne ſuperfluum
corporis tergat humorem· ſignificans ſtudium q̄
humanas cõtagiones in hac vita extergimus ꝑ ex
empla ſanctorum patꝝ· quibus ad pacienciam cor
roborãmur· ſicut enim ſudor eſt in corpore· ſic etiaz
tedium eſt in anima· quandoq̃z ex cõſciencia pecca-
torum premens cõſciencie frõtem· habeamus igit̃
ſudarium ex lino· multis tonſionibus caſtigato et
mundato· per qd' mundanos extergamus affectos
⁊ etiam cum dauid ⁊ iob triſticiam abiciendo nos
tergamus· In quibuſdam eccleſijs diaconus ſudari
um habens illud in dextro cornu altaris deponit vt
ſi forte quicquã ſordidũ acceſſerit illo tergatur et
ſudarium ſacerdotis mundiſſimũ maneat· Manipu
li quoq̃z pene eadeȝ ẽ ſiḡficatõ ꝑut ibi dictum eſt·

¶ ·De pallio·

Conſequenter aliqua de pallio ſubiciamꝰ
quod patriarchaꝝ primatum ⁊ metropo
litanorum eſt ꝓprium· vt per illud a cete
ris epis diſcernatur· ⁊ priuilegiatam ob
tinent dignitatem quare ſub premiſſis cõmunibus
vel ſpecialibus ornamentis minime cõtinetur· Si-
quidem per pallium ſimul vtrũq̃z ⁊ ſuperhumerale
⁊ rõnale legalis pontificis intelligimus· quia enim
ſuper vtrũq̃z pontificis humerum iacet ſuperhume
rale ſiue lõgion dicit̃· qr vero inde deſcẽdens in ip̃o
pontificis pectore iungitur rõnale vocatur· habe-
bat enim aaron ſuperhumerale ⁊ rõnale que ca-
thenulis aureis ſimul iungebantur· Sunt tamẽ qui
dicunt ꝙ ratõnali nullum hodie ornamẽtum ſucce-
dit· de quo ſub ti· de le· indu· dicetur· Alij dicunt ꝙ

palliū ꝑ aurealamina inſtitutum eſt· quāuis ꝓbā
bilius videatur aurifrigia mitre vicez lamine gerāt
Sane pallium quo maiores vtunt̄ ſignificat diſci=
plinam quā ſeipos ad exēplum ſubditorum ⁊ etiaꝫ
ipſos ſubditos regere ⁊ ꝯſtringere debēt per hāc
acquiritur torques aurea quā legittime certantes
accipiunt de quā dicit ſalo· in pab· Audi fili mi di=
ſciplinam patris tui· et nē dimittas legē matris tue
vt addatur gracia capiti tuo ⁊ torques collo tuo·
ſicut autem torques ſeu brauiū non dabatur niſi le
gittime certanti· iuxta illud apoſtoli· Multi quidez
currunt ſed vnus accipit brauium· Ita ⁊ ad hono=
rem pallij nemo aſcenſurus ē niſi qui in ſingulis ho
norū gradibus legittime prius deſudauerit· Nam
⁊ officia ſecularia nō deferunt principalem locum
ingreſſis veſtibuluꝫ actōnis· ſed examinatis ꝑ plu
rimos gradus ⁊ is grad9 ceteros antecellat quē
labor ꝓlixior ⁊ ſtipendia longiora fecerunt ante ire
ſuper cuncta indumenta fertur· vt ceteri hoc viden
tes ad legittimum certamen hortentur· Pōtifex ve
ro pallium dum ſibi imponitur ⁊ detrahitur· oſcu=
latur ad notandum ſummum legittime certandi de
ſiderium ⁊ brauium ꝓmerendi· Eſt autem palliū de
candida lana cōtextum· habens circulum humeros
conſtringentem· ⁊ duas lineas ab vtraqꝫ ꝑte vicꝫ
ante ⁊ retro pendentes· A ſiniſtris eſt duplex· a de
xtris ſimplex· habet· iiij· cruces purpureas ſcꝫ ante
⁊ retro· a dextris ⁊ a ſiniſtris· Infiguntur in pallio
tres acus ⁊ quedam ſunt que ꝑ metropoli· ſine pal
lio agi nō poſſunt quo etiam niſi certis diebus vti
non valet· que omnia moralibus ſunt imbuta miſte
rijs ⁊ diuinis grauida ſacramentis· Nam vt ſcrip=
tura teſtatur· in theſauris ſapiencie ſignificatō di=
ſcipline· In lana quippe aſperitas in candore benig=
nitas deſignatur· Nam eccleſiaſtica diſciplina con
tra rebelles ⁊ obſtinatos ſeueritatem exercet· ſed
erga penitētes ⁊ humiles exhibet pietatem ꝓpter
quod de lana non cuiuſlibet animalis ſed ouis dum
taxat efficitur· quod eſt animal manſuetum· Vnde
ꝓpheta· Tanquam ouis ad occaſionem duct9 eſt ⁊
corā tondente ſe nō ape· os ſuum· hinc eſt ꝙ illius
ſemiuiui vulneribus quē ſamaritanus duxit in ſta=
bulum· ⁊ vinū ⁊ oleum infundens vt per vinū mor
deantur vulnera per oleum foueant̄· ꝗtenus qui ſa=
nandis vulneribus p̄eſt in vino morſum ſeueritatis
adhibeat· in olio molliciam pietatis· Hoc nimiꝝ et
per arcā tabernaculi deſignatur in qua cum tabul̄
virga ꝯtinetur ⁊ manna· quō in mente rectoris cū
ſcripture ſciencia virga debet eſſe directōnis ⁊ man
na dulcedinis· vt ſeueritas immoderate non ſeuiat
⁊ pietas pluſquā expedit non indulgeat· Item fit d̄
vili materia· ſcilicꝫ lana vt habeat precium non a ſe
ſed ab eo qui ſignificat̄ in ſe vt non oculis ſed men
ti ſpectabile ſit vt non ad ornandum ſed ad ſignifi=
candum indui intelligatur· Circulus pallij per qꝫ
humeri conſtringūtur eſt timor domini· per quem
opa coherceantur· ne vel ad illicita defluāt vel ad ſu
perflua relaxent̄· quō diſciplina ſiniſtram cohibet
ab illicitis formidine pene· dexteram vero ꝑpat a ſu
perfluis iuſticie amore· beatus ergo vir qui ſemper

eſt pauidus· Nam iuxta ſentenciā ſal· Timor dñi
pctm̄ expellit· qui vero ſine timore exiſtit iuſtificari
non poterit· Ideo enī circulus pallij ſub collo hume
ros conſtringit ad notandum ꝙ illum ferens debꝫ
eſſe idem ope ⁊ ſermone· Duas vero lineas quaruꝫ
vna poſt dorſum ⁊ altera ꝓgredit̄ ante pectus hu
ius vite curas ⁊ ſollicitudines ſignificare putam9
quibus ⁊ cor ⁊ humeri pontificis ſic ſepiſſime gra=
uantur ⁊ impediuntur· vt a proprio ſtatu eum auer
tant ⁊ vana quedam ⁊ tranſitoria cogitare ⁊ porta
re compellant· hinc eſt ꝙ pallium ante ⁊ retro a de=
xtris ⁊ a ſiniſtris ante pectus ⁊ ſuper humeros fre
quenter aptatur vt his poſt habitis in ſeipſum redi
re intelligatur· Actiuam quoqꝫ ⁊ contemplatiuā
vitam ſignificat quas ita debet exercere prelatus
vt exemplo moyſi nunc in montem aſcendat· ⁊ ibi
philozophetur cum domino· ⁊ nunc ad caſtra deſcē
dat ⁊ ibi neceſſitatibus prouideat populorum pro=
uiſurus attencius· vt cum ſepe ſe dederit alijs inter
dum ſe ſibi reſtituat· quatenus ⁊ cum martha circa
frequens miniſterium ſatagat· ⁊ cum maria verba
audiat ſaluatoris· vtraqꝫ tamen linea grauat ifer
ius· quia corpus quod corrumpitur aggrauat ani
mam ⁊ deprimit terrena inhabitatō ſenſuum multa
cogitantem· Pallium duplex eſt in ſiniſtra ſicut et
ratōnale· ſed ſimplex in dextera· quia vita p̄ſens q̄
per ſiniſtram accipit̄· multis eſt ſubiecta moleſtijs
⁊ in ea duplicitate carere nō poſſumus quia nunc ꝓ=
ſperis extollimur· nūc aduerſis frāgimur· nūc ter
rena petimus nunc celeſtibus adheremus· nūc car=
ni nunc menti ſeruimus· ſed vita futura que ꝑ dex=
teram ſignificatur in vna ſemp eſt collecta quiete·
qd̄ veritas ipa deſignauit cū intulit· Martha mar=
tha ſollicita es ⁊ turbaris erga plurima· porro ·v·
eſt ne· m· o· p· e· que non· au· ab ea· Rurſus pallium
duplex eſt in ſiniſtra· quatenus ad tollerandas vi=
te pn̄tis moleſtias prelatus fortis exiſtat ſimplex
in dextra· quatenus ad obtinendam vite future qui
etem toto ſuſpiret affectu· iuxta verbū p̄s dicentis
Vnam pecij a domino hāc requiram vt inhabitem
in domo domini· o· d· v· mee· Hic enī nulla eſt dupli=
citas ſine ruga· ſꝫ ꝓſperitas ſine aduerſitate gau=
dium ſine triſticia· et felicitas ſine miſeria· Quatu=
or cruces purpuree ſunt quatuor virtutes pōliti=
ce ſcilicet iuſticia fortitudo temperancia et pruden=
cia· que niſi in crucis xp̄i ſanguine purpurentur fal
ſum ſibi virtutis nomen vſurpant· ⁊ ad veram bea=
titudinis gloriam nō perducunt Vn̄ domin9 inquit
apoſtolis· niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſquam
ſcri· ⁊ pha· nō intra· in reg· ce· Hec eſt purpura re
gis tincta canalibus qꝫ ſalomon ꝯmemorat in can·
Is ergo qui pallei gloria decorat̄ ſi cupit eſſe qd̄ di
citur in anteriore ꝑte debet habere iuſticiam· vt red
dat vnicuiqꝫ qd̄ ſuum eſt in poſteriori prudenciam
vt caueat qd̄ cuiqꝫ nociuum eſt fortitudinem a ſini
ſtris vt eum aduerſa non deprimant· temperanciam
a dextris vt eum ꝓſpera non extollant· Tres aūt
acus in pallio infiguntur· ſcꝫ ante pectus et ſuper
ſiniſtrum humerꝝ ⁊ poſt tergū non ad pungendum
ideſt non propter huius vite conpunctōnes ſed ad

planetam palleumqꝫ iungendum ſunt inuente. Vñ
quedam anſule antiquitus in planetis poſite erant
quibus acus inferebantur ⁊ pallium ſimul cū pla
neta firmabant ne a ſuo loco pallium moueret̄ Poſ
ſumus tamen per tres acus fidem ſpem ⁊ caritatē
intelligere ſine quibus palliū ab epo rite teneri nō
poteſt. Rurſus tres acus ꝯpaſſionem ꝓximi. admi=
niſtratōnem officij. diſtinctōnēqꝫ iudicij ſignificāt
quarum pꝛima pūgit animum ꝑ dolorem. ſcda per
laborem. tercia ꝑ terrorem. Pꝛima pūgebat apoſto
lum cū dicebat quis infirmat̄ ⁊ ego nō infir. quis
ſcā. ⁊ e. nō vror. Scda cum aiebat. p̄ter illa que ex=
trinſecus ſunt inſtancia mea quotidiana ſolicitudo
omnium eccleſiaꝝ. Tercia pungebat iob dicentē.
ſi iuſtus vix ſaluabitur impius ⁊ pctōꝛ vbi appare
bunt. Super dexterꝝ humerꝝ nō infigitur acꝰ. quo=
niam in eterna quiete nullus eſt afflictōnis acule=
us nullus ſtimulus punctōnis. Abſterget enim de
us om. la. ab. o. ſan. ⁊ iam non erit amplius neqꝫ lu
ctus neqꝫ clamor. ſed nec vllꝰ dolor. qm̄ pꝛioꝛa trā
ſierunt. Acus vero aurea eſſe debet. ſed inferius ē
acuta ⁊ ſuperius rotunda lapidem continens pꝛeci
oſum quia nimiꝝ bonꝰ paſtor ꝓpter curam ouium
in terris affligitur. ſed in celis eternaliter corona=
bitur vbi illā p̄cioſam margaritam habebit. de qua
dñs inquit in euangelio. Simile ē reg. ce. ho. q. ⁊c.
Inuenta vna pꝛecioſa margarita dedit omnia ſua ⁊
cōpauit eam. In pallio ⁊ cum ipo confertur pontifi
calis officij plenitudo hinc eſt ꝙ antequā metropo=
pallio decoret̄ non debet cōcilium ꝯuocare. criſmā
conficere. clericos in ſua ꝓuincia oꝛdinare. pontifi=
ces conſecrare. vel eccleſias dedicare. nec ſe archi=
epm nominare. Aiunt tamen quidam ꝙ extra ꝓuin
ciam ſuam inuitatꝰ poſſet oꝛdines tanquā ſimplex
epus ſine pallio celebꝛare. Sunt etiaꝫ qui dicunt ꝙ
epus etiam ſi ſit talis ꝙ pallio vtatur nō pōt dare li
cenciam alieno archiepo vtendi pallio in dioc̄ ſua
niſi dictus epus palliatus exēptus exiſtat. nec etiā
archiepus in ꝓuincia ſua niſi forte inuitatus pꝛi=
uilegium habeat ꝙ poſſit vti pallio extra ſuaꝫ ꝓuin
ciam ſi fuerit inuitatus. ſed hec pociꝰ iuris et rigo
ris ſunt quā curialitatis neqꝫ ſubtilit̄ intuēti aliud
videtur in epo palleato exempto quā in nō exēpto
ſed vnus metropolis. nō poteſt cum alterius pallio
celebꝛare neqꝫ pari ratione ſepeliri ſed cum ꝓpꝛio
tantū. Palliatus tn̄ ad aliā eccleſiam tranſlatus cū
pallio ſcdo loco ſibi cōceſſo ſepelitur. Item pallia=
tus ad aliam tranſlatus eccleſiam nō poteſt ibi vti
pallio in pꝛima eccleſia obtento quia nō ſolum dat̄
cōtemplatōne ꝑſone verꝝ etiam loci. hinc eſt ꝙ non
poteſt vti eo extra ꝓuinciā ſibi decretam ſcꝫ ſi quis
renunciet archiepatui nequit vlteriꝰ pallio vti nec
etiam poteſt quis pallio niſi infra eccleſiam ⁊ in di
uinis officijs vti. Vnde ſi forte ꝓceſſionalit̄ vel ad
p̄dicandum vel ad aliqd̄ huiuſmodi cū eccleſiā exi=
re cōtingerit cum pallio nō exibit. Siquidē regula
riter vſus pallij interdicitur niſi in ſolennibꝰ diebꝰ
et qui in cuiuſcūqꝫ eccleſie pꝛiuilegijs continetur.
puta in feſtiuitatibus natalis domini. ſancti ſtepha
ni. ſancti iohānis. circūciſionis. epiphanie. ramiſ=
palmarum. cene domini. ſabbati ſancti in tribus di
ebus reſurrectōnis. aſcenſionis. pentħe. ſancti iohā
nis baptiſte. omnium apoſtoloꝝ. in quatuor feſti=
uitatibus beate marie. ⁊ ſancti michaelis. ⁊ omniū
ſanctoꝝ. ſancti martini qui ē par apoſtolis. in feſti
uitatibus pꝛincipalibꝰ eccleſie pallio decoꝛare in de
dicatōnibus eccleſiaꝝ. cōſecratōnibus epoꝛum oꝛ
dinatōnibus clericoꝝ. et anniuerſario cōſecratōis
palliati. Quidam etiā addūt dies dominicas que ad
reſurrectōnem pertinent qd̄ tam̄ in vſu non eſt poſ=
ſet etiā dici ꝙ vbicūqꝫ in ſuā ꝓuincia coꝛpꝰ alicuiꝰ
ſancti quieſcit metropolis. in feſto eiuſdem ſancti ⁊
etiā in pꝛincipali feſto cuiuſlibet loci ſue prouincie
ad locum illum declinans poterit pallio ⁊ ſandalijs
vti. In exequijs vero defunctoꝝ vel in benedictio=
nibus nubencium vti nō licet. niſi hoc in pꝛiuilegio
contineatur expreſſuꝫ. Epus Oſtieñ. qui papam cō
ſecrat pallio vtitur ex inſtitutione marci pape et
etiam quidam epiſcopi ex pꝛiuilegio ſpeciali vt aui
cieñ. ⁊ quandoqꝫ eccēn̄. Poſtremo ſciendum eſt ꝙ
romani pontifices qui beatum ſiluestrum p̄ceſſerūt
depingunt̄ tanquā gerētes lineas pallee circa hu
meros inuolutas. Nam legalis ſacerdos dum ſa=
crificabat ſummitates balthei ſuper humeros re=
flectebat in quo ſignificatur ꝙ illoꝝ iuriſdictio et
poteſtas per pallium ſignificata inuoluta ⁊ impli=
cata non libera fuit. Ipſe vero ⁊ eius ſucceſſores li
beram et explicatam habuerunt quare linee ipe in
eis explicite ⁊ extenſe ante ⁊ retro dependentes de
pinguntur. Poteſt etiam dici ꝙ linee ipe que vt p̄=
miſſum eſt ſollicitudines ⁊ curas ſignificant. Ideo
a tpe ſiluestri pape explicite dependent. ꝓpter con=
ceſſa ſibi ⁊ ſucceſſoribus tpalia que abſqꝫ ſollicitu=
dine et cura nequiunt poſſideri. Deniqꝫ bruno dixit
ꝙ ſummus pontifex pꝛeter p̄miſſa oꝛnamenta et re
gnum poꝛtat ⁊ purpura vtitur ꝓut ſub titu. de mi
tra dictum eſt. nō ꝑ ſignificatōne. Sed quia conſtā
tinus imperator olim beato ſiluestro omnia roma=
ni imperij inſignia tradidit. Vnde ⁊ in magnis ꝓceſ
ſionibus omnis ille appatus romano pontifici exhi
betur qui quondam impatoribꝰ fieri ſolebat. et cū
diademate impiali papa ipe coꝛonatur.

¶ De coloꝛibus quibus eccleſia in eccleſiaſticis
vtitur indumentis.

Quatuor ſūt pꝛincipales coloꝛes quibꝰ
ſcdm ꝓpꝛietates dierū ſacras veſtes
eccleſia diſtinguit. albus rubeꝰ niger
et viridis. Nam ⁊ in legalibꝰ indumē=
tis. iiij. coloꝛes fuiſſe leguntur. biſſus
purpura. iacinctꝰ ⁊ coccꝰ de quibus in ſe. ti. dicet̄
eccleſia etiaꝫ romana violaceo ⁊ croceo coloꝛe vti
tur vt infra dicetur. Albis indumentis vtendum ē
in feſtiuitatibus ſanctoꝝ confeſſoꝛum ⁊ virginū
qui martires non ſunt propter integritatem et in=
nocenciam. Nam candidi facti ſunt nazarei. ⁊ am=
bulabunt mecum in albis virgies em̄ ſūt ⁊ ſequun
tur agnum quocūqꝫ ierit. ꝓpter eandem cauſā vtē
dum eſt albis in ſolennitatibus angeloꝝ de quoꝝ
nitoꝛe dominꝰ loquitur ad luciferum. vbi eras cū
me laudarent aſtra matutina Itēꝫ in omnibꝰ feſtis

ſancte dei genitricis marie In feſto omniū ſāctoꝝ
quidam tamen tūc rubeis vtūtur vt infra dicetur
In principali feſto ſancti iohā·euang·in conuerſio
ne ſancti pauli·in cathedra petri De his etiaꝫ infra
dicet̄·Iteꝫ a vigilia natiuitatis dn̄i vſq3 ad octa
uam epiphanie incluſiue vt dicetur in ꝓhemio·vij·
ptis exceptis feſtiuitatibus martirum intermedijs
In natiuitate ſaluatoris ꝛ etiā precurſoris·quoniā
vterq3 natus eſt mundus·i·carens originali pecca=
to·aſcendit enī dominus nubem leuem·i·aſſumpſit
carnem a peccatis immunē·ꝛ intrauit egiptum idē
venit in mundum·iuxta illud quod angelus inquit
ad virginem·ſpūs ſanctus ſuperueniet in te·ꝛ virt9
al·ob·tibi·Johānes aūt ꝛ ſi fuerit in peccato ocep
tus·fuit tamē in vtero ſanctificatus·iuxta illud ꝓ=
pheticū·Antequā exires de vulua ſanctificaui te ꝛ
angelus inquit ad zachariam·ſpū ſancto replebit̄
ad huc ex vtero matris ſue·Itē in epiphania ꝓpt̄
ſplendorem ſtelle que magos duxit ſecunduꝫ illud
ꝓpheticum·Ambulabūt gētes in lumine tuo·ꝛ re=
in ſplen·or·tui·In ypopanti ꝓpter puritatem marie·
que iuxta cant·ſimeonis obtulit lumen ad reuelatō
nem gencium ꝛc̄·In cena domini ꝓpter cōfectionē
criſmatis quod ad mundatōnem anime cōſecratur
Nam ꝛ euangelica lectō mundiciam principaliter
in illa ſolennitate cōmendat·qui lotus eſt inquit nō
indiget niſi vt pedes lauet·ſed eſt mundus totus·ꝛ
iterum·Si non lauero te non habebis parteꝫ mecū
Item a ſabbato ſancto in officio miſſe vſq3 ad octa
uam aſcenſionis incluſiue·quandocunq3 officiuꝫ de
tempore agitur·preter dies rogatōnum et ꝑterq3
in feſtis martirum intermedijs prout infra dicetur
In reſurrectōne ꝓpter angelum teſtem reſurrectio
nis ꝛ nuncium·quia apparuit ſtola candida coopt9
de quo dicit matheus·ꝙ erat aſpectus eius ſicut
fulgur ꝛ veſtimenta ei9 ſicut nix·ꝛ quia pueri tūc
renati albas habent veſtes In aſcenſione ꝓpter nu
bem lucidam in qua xp̄us aſcendit·Nam ꝛ duo vi=
ri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis qui ꝛ dix
erunt·Viri galilei quid ſtatis etcetera Illud autem
notandum eſt ꝙ licet in conſecratione pontificis ta
libus ſit indumentis vtendum qualia ſcd̄m diei ꝓ=
prietatem conueniunt·In dedicatōne tamē eccleſie
ſemper eſt vtendum albis quocunq3 dierum dedica
cio celebretur·quoniam in cōſecratione pontificis
cantatur miſſa de die·ſed in dedicatione baſilice de
dedicatione miſſa cantatur·Nam ꝛ eccleſia virgi=
neo nomine nuncupatur·iuxta illud apl'i·Deſpon=
di enī vos vni viro virginē caſtaꝫ exhibere xp̄o·de
q̄ ſponſus inquit in cant·Tota pulchra es amica
mea ꝛc̄·Ipſe tn̄ qui conſecratur debet eſſe albis or
natus ad notandum ꝙ omni tēpore veſtimenta ei9
debent eſſe candida ideſt vita eius immaculata·Item
per octauas ꝑmiſſorum feſtorum octauas habenci
um vtendū eſt colore albo qn̄ de ipſis agitur octa=
ua·Rubeis autē vtendum eſt indumētis in ſolenni=
tatibus apoſtoloꝝ euāgeliſtaꝝ ꝛ martiꝝ ꝓpt̄ ſan=
guinem paſſionis q̄ꝫ ꝓ xp̄o fuderunt·Nam ipſi ſūt
qui venerunt ex magna tribulatōne·preter quaꝫ in
feſto innocentū·vt iam dicetur·Itē in feſto crucis

in qua xp̄us ſanguinem ſuum fudit pro nobis·Vn̄
ꝓpheta·Quare rubrum eſt indumentum tuum ſicut
calcancium in torculari·Sed ſcd̄m alios melius eſt
tunc albis vti·qm̄ nō paſſionis ſed inuencionis vel
exaltatōnis eſt feſtum Itē a vigilia pentho·in miſſa
vſq3 ad ſabbatum poſt ipſum feſtū incluſiue·et hoc
ꝓpter ſpūs ſancti feruorem qui ſuper apoſtolos in
igneis liguis apparuit·Nam apparuerunt illis diſp
tite lingue tanq3 ignis·Vnde ꝓpheta·De celo mi
ſit ignem in oſſib9 meis·Licet aūt in apoſtoloꝝ pe
tri ꝛ pauli martirio rubeis ſit vtendū·in conuerſio
ne tamen ꝛ in cathedra vtendū eſt albis·ſicut ꝛ liꝫ
in natiuitate ſancte iohānis·ſit albis vtendum in d
collatōne tamē ipſius vtendū eſt rubeis·Cum autē
illius feſtiuitas celebratur qui ſimul eſt martir ꝛ
virgo martiriuꝫ virginitate ꝑfertur·quia ſignum
eſt ꝑfectiſſime caritatis·iuxta qđ veritas ait·Ma=
iorem caritatem nemo habet vt a·ſ·q·p·pro a·ſuis
quapropter ꝛ in omni cōmemoratione ſanctorum
quidam rubeis indumentis vtuntur·alij vero vt ec
cleſia romana candidis·cum non tn̄ in eadem ſed de
eadem ſolennitate dicat eccleſia ꝙ ſancti ſecūdum
apoc·io·ſtabunt in conſpectu agni amicti ſtolis al=
bis ꝛ palme in manibus eorum·Hinc ſponſa dicit
in canti·Dilectus meus candidus ꝛ rubicundus e
lectus ex milibus·candidus in confeſſoribus ꝛ in
virginibus·rubicundus in martiribus ac apoſtol'·
Hij ſiquidem ꝛ illi ſunt flores roſarū ꝛ lilia cōualli
um·Rurſus qui in feſto omnium ſanctorum rubeis
vtuntur ex eo mouentur·quia feſtum illud primo i
honorem martiruꝫ tantū inſtitutum fuit·Sed re=
ſponderi pōt·ꝙ imo etiam in honore beate marie vir
ginis ꝛ hodie ex inſtitutōne gre·vij·feſtat eccleſia
die illa etiā ꝓ ꝯfeſſoribus ꝛ virginibus put in·vij·
pte ſub ipo feſto dicetur·Item per octauas ꝑmiſſo
rum feſtoꝝ octauas habencium·vtendum ē colore
rubeo qn̄ agitur de octaua·Nigris vtendum eſt fe
ria ſexta in paraſceue·ꝛ diebus afflictōnis et abſti
nencie ꝓ peccatis·et etiam in rogatōnib9 ſicut ſub
illo tractatu in·vj·pte dicetur ꝛ in proceſſionibus
quas romanus pontifex nudis pedib9 facit ꝛ in miſ
ſis pro defunctis·ꝛ ab aduentu vſq3 ad vigiliaꝫ na
tiuitatis ꝛ a ſeptuageſima vſq3 ad ſabbatuꝫ paſche
Sponſa quippe dicit in canticis·Nigra ſum ſed for
moſa filie iheruſalem ſicut tabernacula cedar ſicut
pellis ſalemonis nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim
quia decolorauit me ſol·In feſto autem ſanctorum
innocentum quidam nigris·alij vero rubeis indu=
mentis vtendum eſſe contendunt·illi propter triſti
ciam quia vox in rama audita eſt·ploratus ꝛ vlu=
latus multus·rachel plorans filios ſuos ꝛc̄·Nam
ꝛ ꝓpter eandem cauſam cantica leticie ſubticentur
et ſine aurifriſio mitra defertur·Iſti propter marti=
rium quod principaliter commemorans inquit ec=
cleſia ſub throno dei ſancti omnes clamāt·vindica
ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt domine de9 no=
ſter·Sicut ꝛ in letare iheruſalē ꝓpter leticiā q3 au=
rea roſa deſignat·romanus pōtifex portat mitrā
aurifriſio inſignitam ſed ꝓpter abſtinenciā nigris
vtitur indumentis·Sed eccleſia romana tūc vtitur

violaceo colore qn̄ illud occurrit extra dominicam
ſed in octaua rubeo. Reſtat ergo ꝙ in diebus feria-
libus ⁊ communibus viridibꝰ ſit indumentis vten
dū quia viridis color medius eſt inter albedinem ⁊
nigredinē ⁊ ruborē ⁊ ſpecialiꝶ inter .viij. epipha-
⁊ ſeptuageſimam ⁊ inter pentheꝯ. ⁊ aduentum qn̄
dn̄icale agitur officium. Hic color exprimitur vbi
dicitꝶ cipri cum nardo. nardꝰ ⁊ crocꝰ. Ad hos qua
tuor colores ceteri referūtur ſcꝫ ad rubeū colorē
coccineꝰ. ad nigꝝ violaceus. qui aliter coccius vo
catur. ad albū biſſinus. ad viridem croceus quanq̄ꝫ
nōnulli roſas ad martires crocū ad confeſſores et
lilium ad virgines referāt. De coloribus etiā in fi-
ne ſequētis tractatus dicetur. Violaceo aūt colo-
re vti in diebus quibus ē vſus nigri coloris nō eſt
incōueniens. Vn̄ eccleſia romana vtiꝶ colore viola
ceo a prima dominica aduentus vſqꝫ ad miſſam vi-
gilie natiuitatis domini iclusiue. ⁊ a .lxx. vſqꝫ ad of
ficium miſſe vigilie paſce excluſiue. quandoqꝫ in p̄
dictis tēporibꝰ officiū de tempore agiꝶ. exceptis . v
feria cena domini. ⁊ feria ſexta in paſceue . In feſti
uitatibus vō ſanctoꝝ que in .lxx. ⁊ in aduentu oc-
currunt nō eſt nigris vel violaceis vtendum. Et ē
intelligendum ꝙ in ſabbato ſancto in toto officio
qđ agitur ante miſſam vtendum eſt violatō colore.
hoc excepto qđ diaconus qui benedixit cereum in-
dutus dalmatica. ⁊ ſubdiaconꝰ miniſtrans indutꝰ
tunicella albis. vtunꝶ quia benedictō illa ſic ⁊ miſ
ſa ad reſurrectōnem ptinet. ſed benedictōe cerei ex-
pleta. diaconus remota dalmatica aſſumit planetā
violacei coloris ⁊ tenet eam vſqꝫ dum inchoatur of
ficium miſſe. ſubdiaconus vero non mutat veſtes .
Quidam etiam in dominica in ramis palmarum v-
tuntur albis in ꝓceſſione. ⁊ in ramorum benedictō
ne dum legitur euangeliū ⁊ dū cantaꝶ gloria laus
ꝓpter leticiam feſtiuitatis xp̄o facte que in p̄miſſis
cōmemoratur. Sed etiā romana tūc ſemp vtitur vi-
olaceo colore. ⁊ in ꝓceſſione que fit in purificatō-
ne ante miſſam eoꝙ officiū illud eſt de anxia expe-
ctatōe ſimeonis. ⁊ ſapit. ve. te. Vtitur etiam eccle
ſia romana violaceo colore in quatuor temporibꝰ
ſeptēbris ⁊ in vigilijs ſanctorum in quibus eſt ieiu
nium qn̄ miſſa eſt de vigelia. ⁊ in diebus rogatōnū
⁊ in miſſa que dicitur in die ſācti marci de offitō le
tanie. Cum eñ ieiunamus carnem noſtram crucifi
gentes maceramus vt ſic facta liuida xp̄i liuoribꝰ
cōformentur cuius liuore ſanati ſumus. ad quod d̄-
ſignandum tunc colore violaceo vtimur qui palli-
dus ⁊ quaſi liuidus eſt. Ceterꝝ velamina trium co-
lorum ponuntur in altari in feſto paſcatis ꝓut di-
ctum eſt in prima parte ſub tractatu de picturis.

De indumentis legalibus ſeu ve. te.

Quoniā minus plene rem ſignificatam
humana fragilitas apprehendit ſi peni
tus rem ſignificantem ignoret idcirco
de indumentis legalibus ad huius ce-
citatis ignorāciā ꝓpellandam. Primo
ſcđꝫ hiſtoriā. Scđo ſcđm allegoriā. Tercio vō ſcđm
tropologiam aliqua differemus. Primo igitur ſcđꝫ
hiſtoriam notandum eſt ꝙ quatuor erant legalia
indumenta ſcđm moſaicam legem tam minoribus
ſacerdotibus quā principi ſacerdotum cōmunia de
quibus legiꝶ exo. xxviij. c. Primū dicebaꝶ manaſta
ſim. quod grece bracce. latine vō feminalia linea di
ci pōt de biſſo retorta cōtextum. quo vtebātur pro
eo qđ legitur exo. xx. c. in fine. Nō aſcēdes ad alta
re meum per gradus ne reueleꝶ turpitudo tua. ⁊ e-
zechiel' .xliiij. Feminalia linea erunt in lumbis eorū
Scđm cathemone ſiue linea qđ nos ſubunculam
vel albam ſed moyſes aban et appellauit hebrei di
ſcendentes a bibilonis emiſſaneam vocauerunt e-
ratqꝫ biſſinum ⁊ duplex. Terciū balteus. i. zona
vel cingulum. latus quaſi digitis quatuor ſic reti-
culatus vt quaſi pellis vipea videretur contextum
de biſſo. cocco purpura. ⁊ iacincto. p que quatuor
elementa ſignificantur. Quartū eſt tiara. quod he
brei manphie. nos aūt infulam vel mitram appella
mus. a tidari pontificali plurimū differēs. quaſi for
mam rotunde caſſidis repn̄tans. Super hec quatu-
or cōmunia quatuor ꝓprijs indumentis pontifex v
tebatur. Primum erat tunica iacinctina. q̄ꝫ hebreus
dicit methil grece diciꝶ poderis latine talaris. q̄ ha
bebat pro fimbrijs mala granata cum octuaginta
tintinabul' aureis interſcalari mō diſpoſita vt au-
diretur ſonus cum pontifex ingrederetꝶ ſanctuariū
ne forte moreretur. Secūdum erat ephot. i. ſuperhu
merale de quatuor predictis coloribus auroqꝫ cō
textum ſine manicis ad modū collobi habēs aptu-
ram in pectore quandam ad magnitudinē palmi in
qua longion eiuſdem menſure inſerabatur. In cuiꝰ
parte ſupiori. vi cꝫ ſup humeros inſibulati erāt au
ro duo lapides onichim quibꝰ. xij. nomina filiorū
iſrahel erant inſculpta. ſex in vno. ⁊ ſex in altero .
Quod autem ſamuel ⁊ dauid induti leguntꝶ ephot
illud erat lineū ⁊ ꝓprie quidē ephotar dicebaꝶ. Ter
cium hebraice dicebatur hoen grece logion. latine
vero ratōnale vocatur. quod pontifex ferebat in pe
ctore. dictū eſt autem ratōnale iudicij. quia ibi erat
lapis in cuius ſplendore ſibi deum eſſe ꝓpicium co-
gnoſcebant. Erat aūt ratōnale quadrangulum du
plex in modum vnius palmi de quatuor p̄dictis co
loribus. auroqꝫ contextū habens. xij. lapides per q̄
tuor ordines. In primo ſardium. topaſium. et ſma-
ragdum. In ſcđo carbunculum ſaphirū. ⁊ iaſpidem.
In tercio ligurium. achātem. ⁊ amatiſtū. In quarto
griſolitū. onichinum. ⁊ berillū . In quibꝰ erant ſcri
pta. xij. nomina filiorum iſrahel in ſigulis ſingula
iuxta ordinem ſue natiuitatis. Erāt etiam in eo ſcri
pta hec duo nomina purim ⁊ thiamin. i. veritas ⁊ di
ſciplina. Inferebatur autem longion ſuperhumera
li a parte ſuperiori per duos annulos et duas ca-
thenulas aureas immiſſas duobꝰ vncinis qui ſub
duobus p̄dictis onichinis ⁊ ſuperhumerali conti-
nebantur infixi . ab inferiori vero parte per duos
annolos aureos cum duabus iuncturis ſiue cathe
nis iacinctinis colligabaꝶ ephot. Quartum ⁊ vlti
mū erat capitis ornamentum vicꝫ tyara ſeu tydaa-
ris in acutū ꝓcedens. habēs circulū aureū cū ma
la granatis ⁊ floribus ex qua ſupra frontem pende-
bat aureolamina quam petalum dicunt ad modum

lune dimidie in qua ſcriptum erat anoth·adonay id
eſt ſanctum nomẽ dñi·tetragramatõ· idẽ quatuor
litterarum vt infra dicetur·ne vero cum mouebatur
pontifex moueretur ⁊ lamina ligabatur vitta ſeu iũ
ctura iacinctina perſpicua que ſummitates poſteri
us diffundebat·noſter ergo pontifex p feminalib9
habet ſandalia p linea albam·p baltheo cingulum
p poderim tunicam·p ephot amictum vel ſtolam ·p
longion pallium·pro tydari ſeu tyara mitram·pro
lamina crucem· ⁊ quedam ex his diuerſam habent
formam ab illis·ſed eandem figuram· Secundo di=
camus de t'po dictorum legalium indumentorum
ſcd̃m allegoriam·Sane his veſtibus ornatus ponti
fex tocius orbis p̃ferebat imaginem·Feminalia nã
q3 biſſina terram cõgrue figurabant·quia biſſus de
terra procedit·eſt enim biſſus linũ egipciacum bal
theł cum vittis ⁊ vaſculis circũuolutõnem occeani
deſignabant·Tunica iacinctina ip̃o colore aera p̃=
ferebat·Per tintinabula ſonitus tonitruorum Per
malagranata choruſcatõnes fulgorum ſignaban=
tur Quatuor minoris ſacerdotis ⁊ quatuor ſummi
pontificis indumenta·quatuor microcoſmi ⁊ quatu
or macrocoſmi ptes ip̃o numero deſignabant·ideſt
quatuor humores ⁊ quatuor elementa· Ephot ſui
varietate celum ſidereum oſtendebat·q' aurum au=
rum erat intextum coloribus figurabat q' color
vitalis penetrat vniuerſa·Duo lapides onichi ſolem
⁊ lunam vel duo emiſperia deſignabãt· In rõnali ve
ro·xij·gemme pectorales·xij·ſigna in zodiaco p̃fe=
rebant·Ratõnale quidem erat in medio quia ratõe
plena ſunt vniuerſa qua terrena celeſtibus herent·
imo ratõ terrenorum ⁊ temporum caloris ⁊ frigo
ris ⁊ duplex inter vtrũq3 temperies de celi curſu ⁊
ratione deſcendit· Per anulos cathenulas ⁊ vnci=
nos elementorum humorum ⁊ tempõrum colligamẽ=
ta ſignificabantur· tidaris celum empirreũ·lami=
na ſuppoſita deum figurabat omnibus preſidentem
Hanc quidam allegoriam libri ſapiencie·c·xviij·cõ
firmat aures dicens·In veſte poderis quã habebat
totus erat orbis terrarum· ⁊ parentũ magnalia in q̃=
tuor lapidum ordinibus erant ſculpta· ⁊ magnifi=
cencia tuã in diademate capitis illius erat ſcripta·
Tercio ſubicienda eſt expoſitõ indumentorum lega
lium ſcd̃m tropologiam· his ſiquidem indumentis
legal' ſacerdos hoc ordine induebatur lotis namq3
prius manibus ⁊ pedibus pri9 induebat manaſta
ſim·ideſt feminalia·ſignificans q' ſacerdos munda
tis operibus ⁊ effectibus lacrimis penitencie debet
aſſumere continenciam vt offerat hoſtiam immacu=
latam ſa·deo pla·Noſter tamen pontifex·qũia iugẽ
debet habere continenciam·non induit in ſacrificio
feminalia ſed ſandalia ac ſi dicatur· qui lotus eſt ñ
indiget niſi vt pedes lauet ſed eſt mundus totus·
per manus enim opera deſignantur·ſcd̃m illud· Be
nedictus dominus deus meus qui do·m·m· ad pre·
Per pedes ſignificantur effectus ſecundum illud·
Excutite puluerem de pedibus veſtris · Et eſt no=
tandum q' ipſemet ſacerdos ſibi feminalia induebat
per que virginalis continencia ſignificabatur que
quoniam res eſt conſilij non precepti · Ideo ipſemet

ſibi imponebat· iuxtã illud ãpoſtoli ad corintheos·
xiij·c· De virginibus preceptum domini nõ habeo·
cõſilium aũt do·Et dñs in euangelio Qui põt cape
capiat·Hoc indumentũ alternatũ induebant ſacer
dotes·qm̃ ad iugem cõtinenciam nõ ita tenebantur
ſicut miniſtri noui teſta· ideoq3 ſcd̃m quoſdam huic
indumento nullum hodie reſpondet· Secundo indu
ebat cethemone ideſt lineam ſignificans q' ſacer=
dos debet induere innocenciam vt qđ ſibi nõ vult fi
eri ⁊c̃·linum etiam propter candorem ſignificat in
nocenciam ſcd̃m illud omni tempore ve·t ·ſint can=
dida·Tercio cingebat ſe baltheo ſignificans caſti
tatem quo circa lumbos debet accingi vt reſtrigat
carnis concupiſcenciam·vnde veritas ait· Sint lum
bi veſtri pre· Baltheum autem quod cõtextũ erat
ex quatuor coloribus put ſuperius dictum eſt ſi=
gnificabat·q' omnes motus ſurgentes ex quatu=
or humoribus ſiue ex quatuor elementis debet re=
frenare puer·vlt·Et cigulũ tra·ca·⁊ yſa·ix·c· Erit
iuſticia cingulũ lũborum ei9 p iuſticiã em̃ refrenant·
huius motus beſtiales· pendebant aũt vſq3 ad pe=
des quia vſq3 ad finẽ vite debebat eſſe mũd9 Quar
to induebat tunicam poderim·i·talarem ſignificãs
q' pontifex debet induere pſeuerancian quia qui p=
ſeuerauerit vſq3 in finem hic ſaluus erit·per talum
em̃ propter extremitatem perſeuerancia deſignat'·
ſcd̃m illud·Ipſa conteret caput tuum ⁊ tu inſidia=
beris calcaneo eius·Dependebat autem pro fimbri=
is malogranata cum tintinabulis aureis· per malo
granatum intelligitur opatõ· per tintinabulum au
rium accipitur p̃dicatõ que duo debent in ſacerdo=
te cõiungi·ne ſine illis ingrediens ſanctuariũ in cõ
ſpectu dñi moriatur· Cepit enim Ihesus facere ⁊ do
cere ſacerdotibus relinquens exemplum vt ſequan
tur veſtigia eius·qui peccatum nõ fecit·vt ſit hone
ſtas in cõuerſatõne· nec inuentus eſt dolus in ore
eius· vt ſit veritas in predicatõne· per tintinabula
quoq3 intelligitur vox p̃dicatoris·ne videlicet ſacer
dos per ſilencium iudicium ſuperni inſpectoris offẽ
dat·per malogranata exemplum bone vite vel vo=
luntas martirij· quia huiuſmodi granis reficiunt'
infirmi· Sacerdos aũt ſcd̃m gre· ingrediẽs vł egre
diens moritur ſi de eo ſonitus nõ audiatur quia irã
circa ſe occulti iudicis exigit ſi ſine p̃dicatõnis ſoni
tu incedit·Apte ergo tintinabula veſtimentis illi9
deſcribuntur inſerta· Per veſtimenta etem̃ ſacerdo
tis quid aliud quam recta opera recipere debemus·
iuxta illud pphe·Sacerdotes tui induãtur iuſticia
veſtimentis itaq3 populi illius tintinabula inherent
vt vite viam cum lingue ſonitu ip̃a quoq3 ſacerdo=
tis opa clament·Iterum tintinabulis malapunica con
iunguntur· quid p malapunica· niſi fidei vnitas de
ſignat'·Nã ſicut in malopunico vno exterius corti
ce multa interi9 grana vniunt'·ſic innumeros ſan=
cte eccleſie populus vnitas fidei cõtegit·quos int9
diuerſitas meritorum tenet· Quinto induebat ephot
ideſt ſuperhumerale ſignificans q' pontifex debet in
duere pacienciã·vt in paciẽcia ſua poſſideat animã
ſuã humeris em̃ onera portamus ſcd̃m illud·Super
poſuit humerum ſuũ ad ſupportandum ⁊ factus eſt

tributis ſeruiēs· Habebat autem duas horas con-
iunctas in vtroqȝ latere ſummitatuȝ· ſignificans ꝙ
pontifex debet habere arma iuſticie a dextris· ⁊ a ſi-
niſtris· vt nō erigatur ꝓſperis· nec deprimatur ad-
uerſis· Habebat ⁊ duos lapides onichinos inſer-
tos humeris In quibus ſculpta erant· xij· nomina fi-
liorum iſrahel· ſex in vno ⁊ ſex in alio· Per duos o-
nichinos ſignificantur veritas ⁊ ſinceritas· veri-
tas per claritatem· ſinceritas per ſolitudinem· Per
filios iſrahel ſignificantur ſancta deſideria ⁊ iuſta
opa ſcđm illud· Maledictus hō qui nō relinquerit
ſemen in iſrahel· Per ſenariū ſignificatur perfectō
eoꝙ dn̄s ſexto die ꝑfecit celum ⁊ terram ⁊ omnem
ornatum eorum· Quod ergo ſex nomina filiorum
iſrahel ſculpta erant ſex in vno lapide ⁊ ſex in alio·
ſignificabat ꝙ deſideria ſacerdotis ⁊ opa cōfici de-
bent nō in fermēto malicie ⁊ nequicie· ſed in azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis· vt ſinceritas informet intē-
tōnem· ⁊ veritas finem· Greg· ait in paſtorali· xiij·
ca ꝙ ſuphumerale ex auro· iacīcto purpura· cocco
bis tincto· ⁊ biſſo retorta fieri p̄cipitur· vt quanta
ſacerdos clareſcere virtutum diuerſitateȝ debeat de-
monſtretur In ſacerdotis quippe habitu ante omnia
aurum fulget vt in eo intellectus ſapiencie princi-
paliter emicat· Cui iacinctus aereo colore ſplendēs
adiungitur· vt per omne quod intelligēdo penetrat
non ad fauores infimos ſed ad amorem celeſtium
ſurgat ne dum ſuis incautis laudibus capitur ipſo
etiam veritatis intellectu vacuetur· Auro quoqȝ
et iacincto purpura permiſcetur vt ſacerdotale cor
cum ſumma que p̄dicat ſperat· in ſemetipo etiam ſu-
geſtōes viciorum reprimat· eiſqȝ velut ex regia po-
teſtate contradicat· Auro autem iacincto· biſſo ac
purpure· bis tinctus coccus adiungitur vt ante in-
terni iudicis oculos omnia virtutum bona ex cari-
tate decorentur· ⁊ cuncta que coram hominibus
rutilant hec in conſpectu occulti iudicis· flamma
intimi amoris accendat que ſcilicet caritas que de-
um ſimul ⁊ proximum diligit quaſi ex duplici tin-
ctura fulgeſcit· Sed cum mens ad caritatis prece-
pta accenditur reſtat vt per abſtinenciam caro ma-
ceretur vnde ⁊ bis tincto cocco· torta biſſus adiun-
gitur· de terra enī biſſus intenti ſpecie oritur· ⁊ q̄d
per biſſum niſi candens decore mundicie corporalis
caſtitas deſignatur· que videlicet torta pulcritudi-
ni ſuperhumeralis innectitur· quia tūc caſtimonia
ad perfectum mundicie candorem ducitur· cum per
abſtinenciam caro fatigatur cumqȝ inter virtutes
ceteras etiam afflicte carnis meritum proficit q̄ſi
in diuerſa ſuperhumeralis ſpecie biſſus torta cande-
ſcit· Sexto induebat longion· ideſt rōnale ſignans
ꝙ pontifex debet induere diſcretōnem per quam di-
ſcernat inter lucem ⁊ tenebras· inter dexteram ⁊ ſi-
niſtram· quia nō eſt cōuentō lucis ad tenebras neqȝ
chriſti ad belial· Erat autem rationale quadrangu-
lum ſignās ꝙ debet diſcernere inter quatuor ſcȝ inē
verum ⁊ falſum· ne deuiet in credendis inter bonum
⁊ malum ne deuiet in agendis Erat ⁊ duplex quia
debet diſcernere pro duobus pro ſe videlicet et po-
pulo· ne ſi cecus cecum duxerit ambo in foueam ca-
dant· Habebat ⁊ quatuor ordines lapidum· ſignās
ꝙ pontifex debet habere quatuor principales virtu-
tes· iuſticiam· fortitudinem· prudenciam· ⁊ temperā-
ciam· In ſingulis autem ordinibus habebat tres
lapides· ſignans ꝙ pontifex in primo debet habere
fidem ſpem ⁊ caritatem· In ſecundo modeſtiam mā-
ſuetudinem ⁊ benignitatem· In tercio pacem miſe-
ricordiam ⁊ largitatem In quarto vigilanciam ſol-
licitudinem· ⁊ longanimitateȝ· per lapides enī figu-
rantur virtutes· ſcđm illud alius edificat aurum ar-
gentum· ⁊ lapides precioſos· Habebat ⁊ duas ca-
thenulas auri puriſſimi ſibi inuicem coherentes q̄
duobus inſerebantur vncinis ſignans ꝙ pontifex
debet hr̄e duos caritatis affect9 ad deū ſcilicȝ ⁊ ad
ꝓximum· de quib9 p̄cipitur· diliges deū tuum ex to-
to corde tuo· ⁊ proximum tuum ſicut teipm· Sicut
enī auruȝ preeminet vniuerſis metallis ita caritas
precellit vniuerſas virtutes de qua dicit apoſtol9
maior horum ē caritas· Quo vncini ſunt intentō et
finis quibus cathenule inſeruntur vt tam deum q̄ȝ
proximum diligat ex corde puro· ⁊ cōſciencia bona
⁊ fide non ficta· ⁊ tam deum quam ꝓximū diligat
ꝓpter beatitudinē· deū ꝓpt̄ ſeipſum ⁊ ꝓximuum dili-
gat ꝓpt̄ deū· Portabat autem aaron rōnale iudicij
in quo deſcripta erant nomina· xij· ꝓphetarū ꝓut di-
ctum eſt in prima pte ſub ti· de picturis· ⁊ ſcđȝ gre·
in paſtorali li· j· c· xij· bene ratōnale iudicij vocatur·
quia rector debet ſubtili ſemper examine bona ma-
laqȝ diſcernere· ⁊ que vel quibus quando et quali-
ter congruat ſtudioſe cogitare· nichilqȝ ꝓprium q̄-
rere· ſed ſua comoda ꝓpiquorꝫ bona deputare Vn̄
in exo· ſcriptum eſt· ponas autem in rōnali· iudicij
doctrinam ⁊ veritatem que erunt in pectore aaron
quando ingreditur coram domino· ⁊ geſtabit iudi-
cium filiorum iſrahel in pectore ſuo coram conſpe-
ctu domini geſtare eſt ſubiectorꝫ cauſas ꝓ ſola inē-
ni iudicis intentōne diſcutere· Quidam autē dixe-
runt ꝙ rōnali nullum reſpondet hodie ornamētum
quoniam nō habemus copiam lapidum p̄cioſorꝫ· ſȝ
ad inſtar illius defferet pōtifex in conſecratōne ſua
textum euangelij ante pectus coram toto populo·
Ibi enī ſcripta erat doctrina ⁊ veritas epiſcop9 de-
bet habere in corde veritatem euangelij· ⁊ in ore do-
ctrinam quantum ad manifeſtatōnem· ⁊ hec poteſt
eſſe cauſā quare in quibuſdaȝ eccleſijs poſtes codi-
cis euangelici ex auro argento ⁊ lapidibus p̄cioſis
ornantur· Eſt etiam ⁊ alia ratō quia in illa rutilat
aurum ſapiencie argentum eloquencie ⁊ miraculo-
rum lapides p̄cioſi· hec ſunt ſponſe murenule auree
argento vermiculate· Septimū ⁊ ſupremū capitis
ornamentum erat tidaris vl' tiara· quā vltimo pon-
tifex aſſumebat ſignificans humilitatem de qua do-
minus ait· Omnis qui ſe exaltat humi· Hanc aūt
geſtabat in capite ſignificans ꝙ pontifex debet ge-
rere humilitatem in mente exemplo capitis noſtri
dicentis· Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis cor-
de· Per caput enī mens intelligitur ſcđm illud vn-
ge caput tuum ⁊ faciem tuam laua· Rurſus tyara
in minoribus ſacerdotibus ſignificat continenciam
quinqȝ ſenſuū· In maioribus vero cōtemplationem

debent enim eſſe contemplatiui. De tyhari dependē
bat a fronte lamina aurea ſignificans ſapienciam
vel figurauit ſignum crucis. quod fit in officio cō
firmationis. in qua ſcriptum erat nomen domini
tetragramaton. ideſt quatuor literarum. que ſunt
he. ioth. eth. ⁊ vau. ideſt principium vite paſſionis
iſte. prout dictum eſt in prohemio ſecunde partis.
ac ſi apercius diceretur Ille cuius pontifex iſte ge
rit perſonam ſcilicet chriſtus eſt principiū ideſt au
tor vite paſſionis. ideſt vite reſtaurate. per paſſio=
nem. quia mortem noſtram moriendo deſtruxit. ⁊ vi
tam noſtram reſurgēdo repauit. Erant autem hec
indumenta pro maiori parte contexta opere pōlimi
to ideſt vario ꝓpter varietatem virtutis. de quā di
cit pſalmigraphus. Aſtitit regina a dexteris tuis.
⁊c̄. ⁊ ex quatuor precioſis coloribꝰ ſcilicet purpu
ra cocco biſſo ⁊ iacincto. Per purpureā regie di=
gnitatis ſignificatur pontificalis poteſtas que via
regia debet incedere. ne declinat ad dexteram vel de
uiet ad ſiniſtrā ne liget dignos aūt ſoluet indignos
Per purpuram quoqꝫ aqua ſignificatur quia in cō
chis marinis habitant vermes qui eam egerunt.
Per coccum coloris ignei ſignificatur pontificalis
doctrina que ſicut lucere debet ⁊ vrere propter qđ
et bis tinctus fuiſſe narratur. lucere quidem debet
per promiſſionem vt omnis qui reliquerit domum
patrem ⁊ matrem ⁊ cetera. centuplum accipiet ⁊ vi
tam eternam poſſidebit vrere debet per comminatio
nem vt omnis arbor qui non fecerit fructum bonū
excidetur ⁊ in ignem mittetur. Hinc eſt ꝙ ſummꝰ
pontifex cappa rubea exterius ſemper apparet indu=
tus cum interius ſit indutus candida veſte. quia in
terius candere debet per innocenciam et caritatem.
et exterius rubere per compaſſionem. vt videlicet
oſtendat ſe ſemper paratum ponere animam pro o
uibus ſuis. quia perſonam gerit illius qui pro oui=
bus vniuerſis rubrum fecit indumētum ſuum. Ex
conceſſione vero conſtantini imperatoris ferre po=
teſt clamidem purpuream atqꝫ tunicam coccineā
⁊ omnia imperialia indumenta ſceptra ſigna ⁊ or=
namenta. Crux quocūqꝫ ierit eum precedit. ad ſi=
gnificandum magis ei quam cuiqꝫ alteri conueni=
re iuxta illud apoſtoli. Michi autem abſit gloriari
niſi in cruce domini noſtri iheſu chriſti. vt ſe crucifi
xū imitari debere cognoſcat Rurſus coccꝰ bis tin
ctꝰ in veſte pontificali ē caritas q̄ quaſi bis tingit̄.
dum dilectione dei ⁊ proximi coloratur. Per biſſuꝫ
vero candoris eximij ſignificatur preclaritas fame
que debet eſſe retorta vt pontifex bonum habeat te
ſtimonium ſcđum apoſtolū. ⁊ ab his que foris ſūt
Per iacinctum qui eſt coloris aerij ſignificatur ſe
renitas conſciencie quā intra ſe pontifex debet ha
bere ſcđm ꝙ dicit apoſtolus. Gloria noſtra hec eſt
teſtimonium conſciencie noſtre.

¶ Liber quartus de miſſa ⁊ ſingulis que in
miſſa aguntur.

Inter cuncta eccleſie ſacramenta illud conſtat eſſe
precipuum quod in miſſe officio ſupra menſā ſacra
tiſſimi celebrat̄ altaris. illud eccleſie repreſentans
conuiuium in quo filio reuertenti pater occidit vi=
tulum ſaginatum panem vite ⁊ vinuꝫ quod miſcuit
ſapiencia ꝓponent. Hoc autem officium xp̄c inſti=
tuit cum nouum condidit teſtamentum diſponens
heredibus ſuis regnū ſuū ſicut pater ſuus ſibi di=
ſpoſuit. vt ſupra menſam eius edant ⁊ bibant in re=
gno quod eccleſia conſecrauit Cenantibus eīn illis
accepit iheſus panem ⁊ gracias agēs benedixit ac
fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ cō
medite. hoc eſt corpus meum quod pro vobis tra=
detur. hoc facite in meam commemoratōnem. Hac
igitur inſtitutōe formati. ceperunt apoſtoli ſacroſan
ctum frequentare miſteriū. ꝓpter cauſam quā xp̄s
expſſerat. ⁊ formā ſeruātes in verbis. ⁊ materiam
tenentes in rebus. ſicut apl'us corinthijs ꝑteſtat̄
dicens. Ego accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis. quo=
niam dominus iheſus in qua nocte tradebatur ac=
cepit panem ⁊c̄. Quia igitur miſſe officiuꝫ ceteris
diuinis officijs dignius ⁊ ſolenniꝰ ē. ideo de ipo pri
uſqꝫ de alijs officijs eſt in hac quarta pte dicend. In
qua aliquibus additis ⁊ detractis ſpeculum innoc̄.
pape. iij. ꝓſequamur. Sane vt premiſſum eſt miſſam
inſtituit dn̄s iheſus ſacerdos. ſcđm ordinem melchi
ſedech. quando panem ⁊ vinum in corpus et ſangui
nem ſuum tranſmutauit dicens. hoc eſt corpus me
um. hic eſt ſanguis meus. ſubiungens. hoc facite
in meam commemorationem. Apoſtoli autem hāc
miſſam adauxerunt dicentes in miſſa non ſolum v̄
ba premiſſa verum etiam dominicam oratōnem ſup
addentes. Vnde beatus petrus ſic miſſam primꝰ di=
citur celebraſſe in ptibus orientalibus. vbi poſt do
mini paſſionē quatuor annis cathedrā tenuit ſacer
dotalem. Deinde vero accepit cathedraꝫ antiochie.
vbi tres oratōnes ad miſſam adiecit. In primordio
ergo naſcentis eccleſie miſſa aliter dicebatur quaꝫ
modo. ſicut in. vj. ſub ti. pte de paſceue dicetur. Se=
quenti vero tpe ep̄l'a tantum ⁊ euangelio recitatis
miſſa celebratur. Subſequent̄ Celeſtinus papa in=
ſtituit introitum ad miſſam cantari. ꝓut ſub introi
tu dicetur. Cetera diuerſis tpibus ab apoſtolis ⁊ a
gelaſio. celeſtino. gregorio. ⁊ alijs diuerſis patribꝰ
legūntur adiecta ꝓut chriſtiane religionis cultu
creſcente. viſa ſunt decenciꝰ cōuenire. de hoc dicet̄
in prohemio ſcđe partis In canone legitur ꝙ iacob
frater dn̄i ep̄us iheroſolimitanus ⁊ baſilius epi=
ſcopus ceſarienſis addiderūt nobis in ſcripturis or
dinem celebrandi miſſam Item iſte iacob alphei di=
citur. primꝰ inter apoſtolos miſſam celebraſſe. Naꝫ
ꝓpter excellenciam ſanctitatis eius apoſtoli hūc ſi
bi fecerunt honorem. vt poſt dn̄i aſcenſionē primus
inter eos miſſam hieroſolomis celebraret. etiā pri
uſquā eſſet in ep̄m ordinatus. vel forte ideo dicitur
primus celebraſſe. quia primꝰ in pontificalibus eā
dixiſſe ꝓhibetur. Sic ⁊ petrus poſtmodum primus
in antiochia miſſam celebrauit. ⁊ marcus in alexā=
dria. Quidam autem pfidi heretici. reprehendunt
nos quia euangelia per pticulas lacerata in miſſa
legimus ⁊ quia primitiue miſſe vic̄ꝫ vltra dn̄icam
oratōnem aliquid ſuperaddimus. ſcriptū nanqꝫ eſt
Si quis appoſuerit ad hec apponet ſuper illum deus